

**¶ F. Malachię Hibernici, ordinis minorum,  
doctõris theologi, strenui quondam diuini  
verbi illustratoris necnon vitiorum obiurga-  
toris acerrimi Libellus, septem peccatorum  
mortalium venena eorumq; remedia descri-  
bens: qui dicitur**

**Venenum Malachię.**

**PARISIIS**  
**In officina Henrici Stephani.**



## Index contentorum

**Q** triplici ratione omne peccatum veneno comparatur. Cap. I

**T**riplex remedium contra peccatum in generali. Cap. II.

**D**e primordiali veneno peccati & principali scilicet superbia. Cap. III.

**T**riplex superbię remedium. Cap. IIII

**D**e veneno inuidię Cap. V.

**D**e triplici remedio inuidiæ & quibus inuidia cõparetur & quanta mala ex ea sunt orta. Cap. VI.

**D**e veneno iræ Cap. VII.

**R**emedium contra iram Cap. VIII.

**D**e veneno acidię Cap. IX.

**D**e remedio acidię Cap. X.

**D**e avaritię veneno Cap. XI.

**D**e remedio avaritiæ Cap. XII.

**D**e veneno gulę Cap. XIII

**D**e remedio gulę Cap. XIIIII.

**D**e veneno luxurię Cap. XV.

**D**e remedio luxuriæ. Cap. XVI



¶ Quid Triplici ratione omne peccatum veneno  
comparatur. Cap. I.



**A**TIO veneni potissimum conuenit peccato/ prioritate originationis/ generalitate infectiōis/ difficultate curæ & medicationis. ¶ Primo enim venenū incepit a natura rationali: quia quando cōcepta est in mente angeli/ naturam eius nobilissimā mutauit in serpentinam. Vnde dicit serpens antiquus: Apo. 12. Illa etiam superbia originauit omne illud venenū. Augusti. de ciuitate lib. 14. cap. 3. Omniū (inquit) malorū tā spiritualiū q̄ corporalium siue carnalium: est superbia origo prima. Nam anteq̄ diabolus effunderet suum virus per serpentem/ dicitur q̄ nullum animal fuit venenosum: vel si fuit/ homini nō noceret. Vnde in testimoniū status innocētiae/ serpens adhuc formidat hominē nudum & insilit in vestitum: secūdū Isido. lib. 12. cap. de aīalibus. Salua etiam hominis ieiuni/ est venenosa serpenti: secūdū Plynium & Philosophum. 7 de animalibus. Congrue tamen permissus est diabolus venenum refundere per serpentem/ vt pateret q̄ natura serpentis conueniret transfusę malitię. Vnde Genesis. 3. Serpens erat callidior cunctis animātibus: & q̄ exterior serpentis forma corresponderet cogitatę nequitie. Dicitur enim serpens/ eo q̄ occultis serpat accessibus/ secundum Isido. libro. 12. Sic & tentatio a sensualitate serpit ad rationem. & etiam q̄ venenum materiale esset intellectiū veneni spiritualis. ¶ Secundo principaliter dicitur peccatū venenū generalitate infectiōis. Venenū enim scdm Isido. vbi supra. dicitur quasi venas vectēs

Currit enim subito per venas ad cor. Omne enim venenum est frigidum: & ideo humanę naturę contrarium. Et extinguit calorem cordis: & expellit animā. quę scdm Isido. & Papiā/ igneę est naturę/ cuius vita est in calore. Sic venenū peccati transiens per venas animę. i. affectiones/ extinguit calorem charitatis: & priuat animam vita sua quę est deus. ¶ Tertio peccatum dicitur venenū propter difficultatem curę & medicationis. Venenum nāq; corporale/ recto incessu transiens per venas ad cor: extinguit ca-



lorem vitæ. Sed venenū spirituale prius inficiens naturam angelicam / per serpētem infecit primū hominē / tanq̄ vnā personam in qua tota erat humana natura infecta / & per naturam infectā inficitur omnis humana persona. Vnde circulari incessu transit spirituale venenum. Et quia secundum Philosophū vulnera circularia tardius curantur q̄ oblonga: venenum spirituale tardius et difficilius curatur q̄ corporale. ¶ Patet igitur quid sit principaliter venenum: quia peccatum. quis primo veneficus: quia dæmon. quæ res primo venenata: quia illa in qua cōiectū est venenum / scilicet serpens per quem trāsit venenū ad hominē. In cuius signum adhæsit sibi semper venenum materiale. Dicturi igitur de veneno / metaphoras sumimus a creaturis venenatis: vt quo sint aciores ad prædicandum & horribiliores ad audiēdū / tempore isto quo salus tepescit communis: eo possint penetrare efficacius corda peccatorum.

¶ Triplex remedium contra peccatū in generali ponitur.

Cap. II.

**R**emedium cōtra venenū peccati est triplex. Primū est remediū curatiuū / scilicet erigere serpentē salutiferum cōtra diaboli. i. antiqui hostis venenū. Nu. 21. Fac tibi serpentē æneū / & pone eū pro signo: vt q̄ percussus a serpēte prospexerit eū / viuat. glo. Serpēs in ligno suspēditur / qn̄ filius dei cruci affigit̄ / qui venena serpentis antiqui exclusit & sanitatem restituit. Serpēs enim scdm̄ Philoso. lib. 10. de medulla hominis mortui gignit̄. Et cōgrue secūdū Isido. lib. 12. Quia sicut per serpentē mors homini propinata est: sic per hominem mortuū sc; xpm̄ / mors morituro serpēti propinari debuit. Christus ergo dicitur serpēs propter similitudinē carnis peccati. Sed dicitur æneus: quia scdm̄ glo. vbi supra. Aes qd̄ durabili⁹ est omnibus metallis / signat corpus dñi nostri Iesu Christi: qd̄ p̄ inhabitatē diuinitatē viuit in eternū. Remediū ergo quod curat venenū peccati est aspectus filij dei p̄ fidē in cruce. Io. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentē in eremo in ligno: sic exaltari oportet filiū hominis &c. Nec mirū. quia sicut narrat cōmētator sup̄ Boetium de Disciplina Scholariū: cū Socrates esset accusatus qd̄ librum fecisset de deo & nō de dijs: cōpulsus fuit haurire venenū in nomine dei / quo hausto nihil sibi nocuit. & postea fuit coact⁹ haurire in nomie deorū & mortuus fuit statim. Vnde Seneca. Socratem calix venenatus trāstulit de carcere in coelū. Si ergo paga-



nus euasit mortē in noīe vnius dei. Quid mirū si aspect⁹ filij dei in cruce p salute hoīs pēdētis liberet ipm hominē ab omni morte? Secūdo seqtur siue requirit cōtra venenū / remediū restauratiuum. q̄a de serpēte inficiēte fit tyriaca cōtra serpētis venenū. Isido. lib. 12. ca. tyriaca. Tyrica est antidotū serpētū quo venena pelūtur / vt pestis peste sanet. Sic de serpēte ḡneo sc̄z x̄po crucifixo / fit tyriaca p̄tī. Vñ Aug. Caro medici facta est medicamētū egroti. secūdū illud Ioā. 6. Caro mea vere est cibus sc̄z ad saluādam aiā. ¶ Tertio requiritur cōtravenenū / remediū conseruatiuū qd̄ est gr̄a interioris illustratiōis & exterioris p̄dicationis. Vñ narrat Isido. lib. 12. q̄ Saura quēdā bestiola naturaliter est inimica serpētibus / & qñ hoīes dormiētes in desertis & syluis habēt ora apta: serpētes naturaliter calorē diligentes attentant intrare ora. Sed Saura ascēdit faciē dormiētis / & scalpit eā quousq̄ excitet a somno. Significans interiorē gr̄am stillātē in cōscientiā / et exteriorē p̄dicatōrē semp clamātē. secūdū illud Ephe. 1. Surge q̄ dormis et exurge a mortuis & illuminabit te x̄ps. Sed ingrati expellunt gratiā excitantē & admittūt serpētē venenosum. Sicut narratur de Virgilio q̄ dū dormiisset & serpēs sibi appropinquasset / musca eū in fronte pupugit / vt ipse collisa manu ad frontē muscā interfecit: exp̄gefact⁹ vero & vidēs serpētē doluit de morte muscē quæ ipsum fecit euadere mortē: & ideo fecit librū de laude muscæ. Contra ergo venenū peccati est remediū curatiuū / mors x̄pi in ligno. Remediū restauratiuū corp⁹ & sanguis pro cibo. Remediū cōseruatiuū gratia sc̄z cotidiana cū cōpunctionis stimulo.

¶ De primordialī veneno peccati / & principali sc̄licet: Cap. III.  
superbia.



Enenum superbiæ est primum omnium a quo cetera oriuntur. Vnde Augusti. de ciuitate dei. libro. 12. ca. 6. Hic prim⁹ defectus: hæc prima inopia: & cui omnia famulantur. Et Grego. lib. Mora. 31. Reginae superbiæ omnia vicia famulantur tanq̄ duces. ¶ Ad huius veneni euidentiā / notandum q̄ occasionem primam habuit ex collata bonitate. quia naturalis bonitas āgelo indita / fuit occasio eius ruinge secūdū Augu. lib. de casu diaboli. Et ideo virus superbiæ irremediabilis / quo de bono collato extollitur & supra statum suū graditur. Inde notandum secūdum Ansel. lib. de similitudinibus. q̄ superbia super deum extollitur. secundum eundem ibi: volendo sc̄licet q̄ deus nō vult eū velle. Sic collata bonitas & data po-

A. iij



## F. Malachiae Hib.

testas dominis regibus & principibus terrenis conuertitur eis in  
superbiae venenum. Vnde dominus terrenus comparatur Basilisco/  
quod idem est quod regulus latine. quod secundum Isidorum. lib. 12. quo ad virus  
rex est omnium serpentiū : ita eum omnes timet propter recessum ve-  
neni. Vnde dicit super illud Esa. 11. b. In cauerna reguli mittet ma-  
num suam qui oblectatus fuerit. dicit glosa. quod regulus flatu & visu  
occidit omne viuū / & etiam desuper volantes aues. Dicit enim  
Ply. lib. 4. quod est serpens semipedalis in cuius cauerne circuitu ni-  
hil virescit / omne viuū quod primo videt interimit & aues  
volantes flatu suo vel visu occidit. Moraliter hic est tyrannus & ter-  
renus dominus circa cuius cauernam siue curiam nihil pauperi-  
bus virescit. Omne etiam animal viuū in praedam sibi arripit: im-  
mo aues. i. religiosos viuere non permittit / & tantum inualuit ve-  
nenum talium tyrannorum: quod religiosi illi qui totum mundum  
calcant (quibus promittitur super aspidem & basiliscum ambulare  
&c.) nihil in eis proficiunt. Vnde glosa dicit ibidem quod membra  
Christi id est praelati potestate calcant virtutem inimici / conuer-  
tendo scilicet membra diaboli / vt fierent membra Christi. Sed  
modernos dominos nec sanctitate vite / nec veritate doctrinae con-  
uertunt: vt impleat illud. Hierem. 8. Mittam eis serpentes pessimos  
alia littera. regulos / quibus non est incantatio. glosa. qui dei prae-  
cepta & diuina eloquia contemnunt: contrarijs potestatibus tra-  
duntur. Vnde ratio est quare verbum dei in eis nichil efficit / quia  
verbum superbiae eos ex toto inficit / & cecitatem interiorem in-  
ducit / ita quod hereditatem temporalem & aeternam amittere facit.  
Dicit enim Hierony. de Nabugodonosor super illud Esaiae. 14.  
Perdidisti terram tuam &c. quod superbia vnus hominis gentem /  
prolem: imperium destruxit: & imperium Chaldeorum quod secun-  
dum Orosium p. 154. annos durauit interminatum fuit. Eccles. 10.  
Sedes superbiorum destruxit dominus. ¶ Venenum super-  
biae inficit ex generis nobilitate / & hoc venenum est contra na-  
turam. quia habet nobilitatis gradum. Origo enim omnis huma-  
nae nobilitatis (qua vnus extollitur alteri) aut ex tyrannide perso-  
narum: sicut Nephroth Gen. 10. Oppressit multos & eis praefuit.  
Et de tali nobilitate gloriari superbiere est de malitia / & contra na-  
turam / quae omnes genuit equales / secundum Gregorium in pa-  
sto. Vel astuta sapientia: & haec gloria serpentina. Vnde narrat  
Plynus lib. 8. quod Rudeca siue Bufo est quoddam genus ranae vene-  
nose / quod habitat in paludibus / inueniens oua aspidis fouet ea /



et ex tali ouo generatur regulus: qui & Basiliscus: solo visu interficiens omnia. Et quãdo generatur/ in suũ fotorem primo exercet malitiam. q̄ cito enim recipit a natura visum/nutritorem suũ priõ inspicit/& ipsũ interimit. Sic est origo nobilitatis mūdane qua parēs vel nutritor venenatur informans prolẽ ad sapietiã animalem / terrenam / & diabolicã / imbuit eam veneno. Et non solum (vt dicit Hieronymus) de parentibus venenatis nascunt filij venenati: sed etiam ex terrena substantia. Quod enim vnus fuerit pulchrior & nobilior altero: hoc est ex adiecto: quia (secundum Isaac) ex subtili cibo generatur subtilis sanguis. et si talis cibus daretur filio pauperis: esset subtilis complexionis. Vnde talis gloria oritur ex terreno stercore. Et de hijs omnibus intelligitur illud Esa. 59. Quod cõfetũ est sc̄z de ouis aspidis erumpet in regulum. glosa. Ex ouis aspidis generatur regulus qui & Basiliscus. Sic & ex malignis parētibus vel nutritoribus exit malignior successor. Propter hoc nõ est gaudendum / q̄ malis terrenis deus gignit prolem. Sicut in Apologijs Aesopi narratur / q̄ filius fuit natus cuidam tyranno. & cum quidam exultassent: dixit sapiens. Audite inquit gaudium vestrum. Sol genuit solem & omnes creaturæ genuerunt dicentes. Vnicus sol erat nobis hactenus & vix præ calore eius viuere potuimus. Nunc autem sol multiplicatus tollet vitam nostram. Sic inquit est gaudium vestrum. Vnus tyrannus nos omnes oppressit: q̄to magis multiplicatus in filijs venenatis tollet vitam nostram? Si dicat filius q̄ gloriatur de parentum bonitate non nobilitate: dico q̄ sic inaniter gloriatur / si non sit talis sicut illi. Sicut si gloriaretur lutum vile de radio solis vel solari qui transit super ipm: sic bonitas parentum transit super malum filium / sed non decorat ipsum. Vnde demon posset sic gloriari de sola sua bonitate prima.

¶ Hoc venenum superbię etiam inficit ex collata dignitate / tanto periculosius q̄to sub specie pietatis venenum infudit. quia secundum Gregorium in Pastoralis. Nemo in ecclesia dei magis nocet / q̄ qui sub specie sanctitatis peccat / & de hoc intelligitur illud Genesis penultimo. Fiat Dan sicut coluber in via & sicut Cerastes in semita. Alia translatio. Sicut regulus in locato. Cerastes enim est serpens & habet secundum Isidorum libro. 12. corpus paruum & duo cornua ad modum arietis / corpus autem totũ in via occultat sub arena / solis cornib⁹ derelictis sine opculo: et tũc auiculę credentes q̄ cornua sint vermes mansueti dũ eis

A .iiii.



refici nituntur a doloso serpente subito interimuntur. Dicit enim glosa ubi supra. q̄ tãtę p̄nicię est q̄ si ei⁹ venenũ vngulã equi terige rit ipsum cũ equite interimit. Sic malus p̄latus totã malitiam corporis sui cooperit sub falsa specie alicuius cõmodi ecclesię / cornua suę auctoritatis sub specie pietatis p̄tendēs / in quibus pauperes sanctitatē & pietatē inuenire credentes / penitus decipiuntur: ita q̄ quicũq; venenũ malorũ dominorũ fugit / venenũ malorum p̄latorũ incurrit. secundũ illud Esa. 19. qđ a malo recessit / p̄de p̄latorũ patuit. Immo in dominis terrenis est aliqua misericordia: sed in malis p̄latis nulla / nisi viderint munera. Sicut refert Seneca Epi. 18. Reges Parthos nõ poterat salutare q̄s sine munere. Sic nemo potest accedere ad curiã p̄latorũ / nisi deferat munera / quoniã sentiet in cornib⁹ venena / & hoc est cõtra naturã cornuũ. quia dicit Philo. lib. 13. de Animal. q̄ aial habēs cornua / nõ habet dentes in superiori mādibula. quia non debetur ei viuere de rapina. Vnde (vt dicitur) p̄pter hoc subtrahit ei natura dētes illos. ¶ Superbia etiã inficit ex apparenti pulchritudine corporis: & hoc est venenũ scitalis / qui est serpens secundũ Isido. lib. 12. p̄fulgens in tergo omnium colorũ varietate / ita q̄ ob gratiã sui / omniũ aspectũ facit admirari. & quia tarde recipit quos gradiēdo inuadere nequit / miraculo sui coloris fistere facit / & postea occidit: & q̄tomagis est discolor tãto nequior. Hoc est venenũ meretricis quę ex falso fulgore interiori inficit / q̄a p̄pter spēm mulieris multi perierũt. Eccī. 9. Quere plus de hoc / capitulo de luxuria. ¶ Supbia inficit ex apparēti sanctitate: vt in hypocritis / qui cõparantur Cameleoni quę est bestiola transformans in se omnem colorē sibi appositũ. secundũ Augusti. lib. 11. de Tri. ca. 1. vel secundũ Isido. & Auicē. & Arist. Gytrat oculos suos frequēter circũquaq; quia hypocrita arrogans attribuit sibi omnē sanctitatē / & transsumit opera aliorũ. & secundũ Plynũ lib. 12. Alteratur ei color / quando coriũ eius sufflatur. Sic hypocrita eleuatur per supbiam / quando cõmendatur. Dicit etiam Esicius super. 4. ca. Leui. q̄ p̄ infirmitate fingit se māsuetum cũ sit crudelis bestia / ita hypocrita pius est in verbis sed crudelis in factis. Esa. 9. Hypocrita ē neq̄. secundũ vnã litterã. Dicit enim Plynus ubi supra de hoc animali. q̄ vis eius est maxima contra accipitres / quia eos volantes ad se trahit vt dilacerat: sic hypocrita viros virtuosos diffamat / & eorũ virtutes sibi arrogat. vnde fur vel p̄do vocatur. Iob. 17. Quę est spes hypocritę si



auare rapiat. Vnde Grego. Rapit de præsumpta sanctitate laudē  
 alienę vitę. ¶ Superbiæ virus intumescit ex professionis sublimi-  
 tate / ethoc est pessimū venenū. Superbire scz de statu sublimi/  
 quādo vita & vota repugnāt. Hoc venenū est falsorū religioso-  
 rū / qui cōparantur Salamādræ / quæ est secūdū Isido. lib. 12. Be-  
 stiola venenosa / viuēs in solo igne. ignis tñ incēdia non tātū nō  
 sentit / immo extinguit. Sic mali religiosi in medio sūt ignis gra-  
 tiæ / sicut de principe eorū dicitur Eze. 28. In medio lapidis igni-  
 torū ambulasti: regnat tamē in eis venenū malitiæ / quæ extin-  
 guit omnē effectū gratiæ / nō tātū in se p malā vitā: sed in alijs  
 per malā doctrinā. Sicut dicit Ply. de ista bestiola lib. 4. q. nunq̄  
 apparet extra furnū / nisi cū pluit: cui⁹ tactus est frigidus vt gla-  
 cies / ita vt ignē extinguat / & de ore eius lacteam saniē euomit / ex  
 cui⁹ cōtactu calorē corporis inficit. Hęc ibi. Sic falsus religiosus  
 apparet ad pluuiā carnalitatē / & extinguit in alijs per prauum  
 exemplum donū gratię. Prętendit lacteā & venenosā saniē do-  
 ctinæ / quæ postmodū auditores exēplo prauę vitæ magis infi-  
 cit q̄ cōuertit. O q̄ nociuū est istud venenū. patet p Isido. vbi su-  
 pra qui dicit. q. venenū aliorū serpentū singulos inficit / Salamā-  
 dra multos simul interimit: quę si ita irrepserit arbori / poma ei⁹  
 inficit / & comedētes oēs interimit. Si in puteū cadat / omnes po-  
 tates inficit. Sic p̄dicator prauus ( scđm Ansel. lib. de similitudinib⁹ )  
 q̄ more medici bñ instruit: sed ipse herbā venenatā assumit & se  
 & alios postmodū inficit. ¶ Superbię virus surgit de sciētia sub-  
 tilitate & astutiæ calliditate: qđ est proprie proprium serpentis  
 qui secūdū Plynū lib. 1. de animali. est naturaliter astut⁹. Sicut  
 dicitur Gen. 3. Serpens erat callidior cūctis animātibus. Hoc ve-  
 nenū iā inficit omnes sapiētes mūdi / quorū sapiētiam distribuit  
 beatus Gregorius. 3. Moralium. 10. Sapiētia ( inquit ) mundi  
 est cor machinationibus tegere / sensum verbis velare / quę falsa  
 sunt vera ostendere / quæ vera sunt falsa demōstrare. Hanc qui  
 sciūt cæteros despiciūt / qui nesciūt subiecti & timidi in alijs mi-  
 rantur. Tales principē suū imitantur / qui de scientia superbiuit  
 qui secūdū beatū Augusti. de ciui. dei ca. 22. dicitur dæmon græ-  
 ce a magnitudine sciētia latine. quia de sciētia supbiuit. Scien-  
 tia enim quę charitate nō informat / inflat in superbiā vanissimę  
 viciositatis. Hęc ille. Attendere ergo debent falsi iudices & gar-  
 ruli aduocati. quia scientia eorum sine charitate / non est nisi ve-  
 nenum & angelicę ruinæ occasio. Grego. lib. Mora. 32. Cū inquit



lucifer ceteros claritate naturæ / & subtilitate sciētię excesserit: cōtra deum eleuatus fuit / & ideo cecidit. Attendant etiā q̄ hęc sciētia terrena & diabolica animalis conceditur ijs qui iudicio diuino sunt magis contemptibiles in ecclesia dei. Ad Corin. 6. Cōtemptibiles qui sunt in ecclesia cōstituite ad iudicandū. Grego. lib. Morali. 26. Qui minoris meriti sunt & nullis magnorum donorum vitutibus pollent: ipsi de terrenis negocijs iudicent. Item aduocati deteriores sunt q̄ meretrices / quia meretrices vendunt deteriore & vilio rem partem corporis sui: aduocati vero meliorem & nobiliorem / scilicet os & linguam. Item nota / quare amittunt aduocati & litigatores frequentius sensum in morte q̄ alij. quia in sanitate vendiderunt eum / & iustū est vt quod vendiderit quis / re habere non debet. Itē linguę aduocati vel lingua est sicut lingua stateræ quę ad modicū pōdus scz vnus denarij statim ad partem alterā inclinatur. Nō infletur ergo iudex falsus siue aduocatus malus / si sit vt serpens callidus. quia nullā veram sapiētiā habet. ¶ Superbiæ virus intumescit ex linguę subtilitate & eloquentiæ suauitate / & hoc est proprium serpenti / quia secundum Isido. lib. 12. nullum animal mouet ita cito linguam sicut serpens. ita enim subito mouetur / vt vna lingua videatur tres linguę. Gloriarī ergo / de eo quod conceditur serpenti est imitari serpentem / & hoc est venenum valde perniciosum in ijs qui linguam vendunt. Vnde Tulli. lib. 2. de Offi. Quid tā inhumanum q̄ eloquentiam a natura ad salutē homini datā / ad bonorum perniciem pestēq̄ conuertere? Quere plus de veneno linguę infra ca. de inuidia & de detractiōe. Quere de veneno diuitiarum / infra de auaritia.

¶ De triplici remedio contra superbiā.

Cap. III.

**R**emedium superbię est humilitas. & sicut venenū superbię cui comparatur venenum illius / & eius remedium est valde rarum. quia secundum Augusti. Superbia est primum viciū in accedēdo / & vltimum in recedendo. ¶ Ideo notandū / q̄ contra venenum Basilisci est triplex remedium. Primum & principale est / q̄ animal illud quod occidit omne venenum: a sola Mustela vincitur. quia secundū Isido. lib. 12. ille conditor rerum nihil nociuum sine remedio reliquit. Vnde secundum Ply lib. 8. Mustela ducitur ad cauernam Basilisci et istam bestiā venenatam timens redit & rutam comedit & ex succo eius se plinit / & Basiliscum inuadit & occidit. Item dicit Isi



do. lib. 12. q̄ mustela est mus longus. Vnde nota hic/ mus signi-  
 ficat humilitatem qui virtute herbæ amarę. i. passionis domini-  
 cæ expellit virus superbię. quia secundum Aug. lib. de Tri. ca. 4.  
 Remediū elationis est contuitus dominicæ crucis. Nota de aspe-  
 ctu serpentis ḡnei. ca. 2. supra. ¶ Secundū remediū est q̄ Basili-  
 scus se ipsum vidēdo occidit. dicit em̄ glosa super illud p̄i. Qui  
 timēte videbunt me &c. Magna virtus in oculis: qđ in natura-  
 lib⁹ apparet. Basiliscus si prius videt/ occidit: si prius videtur oc-  
 ciditur/ quod intellige a seip̄o: sicut narrať de Alexandro/ q̄ quā-  
 dam ciuitatem obsidens amisit sine aliquo vulnere multos mili-  
 tes. & cū de hoc miraret: responderūt Philosophi q̄ Basiliscus  
 erat sup̄ murū/ cuius aspectu illi interierūt. Tūc arte Phōrū spe-  
 culū fuit eleuatū & muro oppositū/ & intuitus venenosi aialis re-  
 flexus fuit in se ipsum/ & sic interijt. In hunc modum summū re-  
 mediū elationis est cōsideratio proprię vanitatis. quia si quęrať  
 quare homo superbit: bene respōdetur. quia pōdere virtutis de-  
 ficit. Considerando ergo propriā vanitatē recurrit ad suam fra-  
 gilitatē/ & defectū suū percipiēs repellit elationem. ¶ Tertiū re-  
 mediū est q̄ licet Basilisc⁹ sit irremediabiliter venenosus/ tamē  
 cōbustus & in cinerē redactus veneni malitiā pdit/ immo cinis  
 ei⁹ ad multa valet/ & specialiter ad artē alquimię. In hūc modū  
 superbus igne cōtritionis cōbustus/ se putredinē & futurū cinerē  
 recognoscēs vincit elationē. Hoc est ergo triplex remedium su-  
 perbię scz cōtuitus dominicæ passionis cuius peccator reus est:  
 et consideratio proprię vanitatis. quia ideo peccator supbit: q̄  
 omni virtute est vacuus. Tertia cōsideratio est scz suę vilis resolu-  
 tionis siue mortis/ quia nullū animal habet tam vilem & horri-  
 bilem mortem. Ideo dicitur Eccī. 10. Quid superbis terra & cin-  
 nis &c. Hęc ergo tria cōtra omnes species superbię adepta tripli-  
 ci modo/ quo vincit venenū Basilisci. ¶ Remediū cōtra venenū  
 Salamandrę. i. mali religiosi est incēdiū religionis admittere & vi-  
 tā suā ad radiū supne gratiæ & illustratiōis diuinę cōuertere. Vñ  
 Diony. ad Ti. Verte te ad radiū scz supnę gratiæ. Nota ad hoc  
 q̄ genus Salamandrę est cuius pellis est villosa & pilosa: sicut  
 vituli marini/ de qua cingulū in vsus regum fit/ quod postq̄ diu  
 est in vsu/ iterū in ignem projiciatur & tunc penitus per ignem  
 renouatur/ & de hoc potest fieri elychnium in lāpadibus & lu-  
 cernis/ & nūq̄ corrūpit. Sic malus religiosus ad disciplinā religi-  
 onis cōuersus fit lucerna incorruptibilis in ecclesia dei.





**V**enenū inuidię sequitur virus supbię/ quia secū dū Au-  
 gu. de ciui. dei. p hoc q̄ q̄s est supbus fit inuid⁹. Hoc  
 venenū cōparat̄ aspīdi. quia serpēs p̄nciosissim⁹ asp̄  
 gēdo diffundit venena. Yfos enī græcę venenū dicit̄  
 latin. secū dū Isido. lib. 12. Vñ dicit̄ asp̄is quasi asp̄gens venenū  
 secū dū Ply. lib. 8. Huic serpēti est hebes sensus/ visus/ quia ocu-  
 los habet in tēporibus nō in fronte/ & ideo nō videt aduersariū  
 directe sed oblique. Vñ p̄sequitur eū auditu & olfactu. Talis est in-  
 uidus/ q̄ nūq̄ potest videre bonū alicuius directe: sed solo auditu  
 vel olfactu vnus infamię p̄sequit̄ honorū famā. ¶ Nota ergo q̄  
 Grego. li. Mora. 31. dicit q̄ venenū inuidię habet species quinq̄.  
 Et secū dū hoc inueniūtur diuersę species aspīdis/ q̄ diuersa ha-  
 bent venena. Primū vitus inuidię est secū dū Grego. latens odiū  
 cui respōdet species aspīdis/ quę dicit̄ hypnalis/ serpēs sc̄z q̄ som-  
 no necat. Hui⁹ Venenū Cleopatra filia regis Aegypti/ vxor An-  
 tonij Imperatoris post mortē mariti & stragē suorū ex odio prę-  
 sentis vitę sibi apposuit/ & mortua fuit. Similiter faciūt: quibus  
 prosperitas huius vitę nō succedit. Vñ seipos perimere dicūtur si-  
 ue cogūtur qđ est crudeli⁹ q̄ aliū occidere. Venenū ergo qđ som-  
 no sc̄z interiori studio sine nocumento alterius necat/ est odiū la-  
 tēs. Ideo dicit̄ primę. Ioā. 3. Qui odit fratrem suū homicida est. sc̄z  
 sui. ¶ Secū dū virus inuidiæ. secū dū Gregor. ē susurratio. i. quę  
 dā eruētatio malitię interioris / quę appetēs bonū qđ videt in  
 altero & nō adhibēs nisum intēdit interficere siue fascinare. Vñ  
 de super illud ad Gala. 2. O insensati Galatę q̄s vos fascinauit  
 & c. glo. Fascinatio vulgo dicit̄: corruptio oculorū quę infātibus  
 nocet. Similiter inuidia tanq̄ fascinatio bonū pximi vrit. Hęc  
 sibi. Tāta est enī malitia in corde hoīs vt radius oculorū inde ex-  
 iens/ bonū qđ videt in altero inficit/ ita q̄ creatura virtutē & pul-  
 chritudinē amittat. Dicit enī Auicēna. q̄ oculus fascinantis Ca-  
 melū proicit in foueā. Cui cōcordat scriptura Sapiē. 4. Fascina-  
 tio malignitatis obscurat bona. q̄a eneruat bona naturalia/ & di-  
 minuit p̄ detractionē & venenosam euulsionē bona gratuita  
 Cui respōdet qđ dā genus aspīdis/ q̄ d̄r dipsas/ q̄ latine d̄r situla  
 quia quem momorderit siti punit & occidit. Sic inuidia in corde  
 fascinantis: siti bonitatis se interimat inuidendo. Ecclesiastici  
 .13. Neq̄ est ocul⁹ inuidi. Vnde dicitur in Polycrato libro primo  
 ca. 4. secū dū Plyniū. q̄ in hildricis quidā hoies nascūtur q̄ solo



visu interimunt/ quos diutius irati vident. & hoc habetur in glo-  
 sa sup illud pi. Qui temet te videbunt me &c. Vbi dicitur qd radij  
 exeunt p oculos vsq; ad re visam que vel a iusto conferunt rei visæ  
 vel ab iniusto inficiunt. ¶ Tertium virus inuidiæ est exultatio in ad-  
 uersis proximi scz qn patitur: applaudendo suis aduersitatibus vt  
 plus patiat/ quã Iob excludens a se dicit. Si gauisus est ad ruinam  
 proximi. Iob. 31. Istud virus cõparat aspidi q dicitur hemorrois/  
 sic dicta/ quia illius sanguinem sitit cuius bonitatẽ extinguere in-  
 tendit. Sed qn nõ præualet aliũ ledere: magis sibi nocet. Vñ nar-  
 ratur in historia Alexãdri Magni qd Permeneo magister militiæ  
 Alexandri Physico illius inuidens propter familiaritatẽ regis tpe  
 quo sibi ministrabat pocula recupandẽ salutis/ eplã scripsit re-  
 gi/ qd Physico ob fauorẽ Darij intẽdebat eũ intoxicare. Sed Ale-  
 xander eplã posita ad caput lecti poculũ sumpsit/ & postmodũ  
 epistolã legẽdã Physico tradidit. Cũ ergo Alexãder sanitatẽ recu-  
 perasset/ Physico de inuido & mēdace iustitiã petijt. Vñ rex Per-  
 meneonẽ poena capitis puniri iussit. Sic inuidus q quærit pximo  
 aduersitatẽ/ incurrit eadẽ. Hęc est inuidia fratru Ioseph que fecit  
 eos eidẽ seruire. ¶ Quartũ virus inuidiæ scdm Grego. est afflictio  
 in psperis pximi cũ blasphemia & iniuria creatoris/ q tales ex-  
 altat: cui respõdet aspis q dicitur prester horribilis valde. qã secũ-  
 dũ Papiã & Isido. lib. 12. semp ore patẽte & virus euaporatẽ in-  
 cedit. Sic inuidus nõ bene potest loq/ nec deo regratiari ppter  
 bonũ pximi. Et de hoc dicit Seneca. Vtinã oculus inuidi esset in  
 qualibet ciuitate: vt ppter bonũ scz cuiuslibet torquerẽ. Vñ poe-  
 ta. Inuidus alteri rebus marcessit opimis. Talis est linx aial scz lu-  
 po simile/ cuius vrina scdm Ply. lib. 8. cõuertit in gẽmã p̄ciosam  
 quæ ligurius vocatur. Vñ bestia illa hoc sciens & inuidens/ qd vri-  
 na sua in vsu hominũ deueniat/ quãdo mingit sub arena vrinã  
 suã abscondit. Sed ibi citi cõsolidatur. secũdũ Ply. vbi supra ca.  
 29. & Isido. lib. 12. Sed bestia de hoc torqueẽ. Sic inuidus. Iob. v.  
 Paruulũ occidit inuidia. Vbi Gregorius ponit signa sui doloris  
 que sunt hęc. Color pallore afficit: oculi deprimuntur. Mēs accẽ-  
 ditur/ membra frigescent. Fit in cogitatione rabies: in dentibus  
 stridor/ dolor in corde: quæ faciunt cecitatẽ in mente. ¶ Quintũ  
 virus inuidiæ secundum Gregorium/ est detractio: cui respõdet  
 aspis quæ dicitur seps: serpens valde venenosus/ qui cum homi-  
 nẽ momorderit statim eũ destruit/ & cõsumit/ ita vt in ore ei⁹ tota-  
 liter liquefiat. Nec solũ corpus sed etiã ossa veneno suo dissipat.



Talis est detractor in cuius ore liquefit/ & adnichilatur omnis virtus proximi. Et scdm Plynium libro. 8. hic aspis supra modum diligit cōparem suum/ quia detractor defendit & diligit detractorē. Et de talib⁹ dicit ps. Venenū aspidū sub labijs eorum. glo. Recte aspidi comparatur/ qui non vult audire præceptū legis illud sc; Deutero. 19. Surdo. i. absenti nō maledices. ¶ Et nota q̄ lingua detractoris est serpētina/ quia scdm Philosophum/ Lingua serpentis est liuida & nigra/ & ad mouendum velocissima/ & hoc propter feruositatem venenosam : quę non permittit eam quiescere. Sic lingua detractoris propter venenum inuidie agitātis: nunq̄ potest a detractōne quiescere. Iacobi. 3. Lingua est plena veneno mortifero. Et vt dicit Isido. libro. 12. vi veneni ita agitur: vt serpens qui nō habet nisi vnā linguam/ videatur habere tres linguas. Sic detractor tres videtur habere linguas/ quando simul secūdū illam tres occidit. Ideo detractor recte vocat serpens. Ecclesiastici. 8. Si momorderit serpens in occulto siue in silentio/ nihil minus eo habet qui detrahit. Vnde versus. Qui mel in ore gerit & me retro pungere querit Eius amicitia nolo michi sociā. Et nota q̄ Auicē. lib. de Venenis dicit. Qz venenū masculi acutius percutit: sed foemina plures habet dentes/ quia secundū Philosophū de Animalibus. foemina est magis inuida. Secūdo dicit Auicē. q̄ venenū senū peius est q̄ iuuenū/ quia inueterata malitia est in senibus. Daniel. 3. Tertio dicit q̄ vel actiuus est venenum habitantiū in montibus & in syluis q̄ in pratis vt intelligas q̄ acutius pungunt solitarij & religiosi q̄ sæculares actiui. Quarto dicitur q̄ peius est venenum quod infunditur a ieiunis & vacuis q̄ repletis vt intelligas q̄ magis læthaliter pūgunt hypocrite abstinentes q̄ sociales.

¶ De triplici remedio contra inuidiā/ & quibus inuidia comparetur/ & q̄ta mala ex ea sunt orta. Cap. VI

**R**emedium & tyriaca veneni inuidiæ est charitas/ quæ considerat primo in identitatē diuinæ imaginis/ & expellit omne virus iniquitatis. Vnde Martianus narrat q̄ aspis non nocet Afris & Mauris/ immo pueros sibi natos si habent eos suspectos/ q̄ sunt de adulterio nati: exponunt aspidi/ & si non sunt sui/ statim perimuntur: alioquin nihil malis sentiunt. Dicit etiam Plynius. lib. 8. q̄ anguis siue serpens circa Eufratē terræ incolis nō nocēt/ nec infestāt eos dormiētes: alios autem cuiuscūq; gentis homines cruciant. Et dicit ibidem



q̄ aspis compari suo interfecto / zelo vltionis persequitur interfe-  
 ctorem vt perimat. omnes difficultates terrarū & aquarum per-  
 uipendens nititur / de morte comparis vindicari. Hęc ille. Crude-  
 lior ergo & malignior est oī serpēte q̄ hominē diuina imagine in-  
 signitum & eodem commercio scilicet Christi precioso sangui-  
 nere dēptum persequitur per inuidiam. ¶ Secundū remediū cō-  
 tra inuidiam est zelus mystici corporis & odium iniquitatis. Ad  
 quod nota q̄ lingua aspidis quīs in corpore viuentis serpentis  
 plena sit veneno mortifero: separata tamē a corpore & desiccata  
 venenū perdit. immo ad venenum si præsens fuerit in sudorem  
 prorumpere cōsueuit: tamen quīs prius sit venenosa / ita tamen  
 post fit preciosa: q̄ inter thesauros regis computetur. Et p̄ hoc  
 nota q̄ cum omnes nascantur filij iræ: illi qui per gratiam Chri-  
 sti sunt conuersi & per pœnitentiam desiccari / nullū debent ha-  
 bere venenum inuidiæ / immo ex amore intimo cordis & com-  
 passione debēt compati omnium alienę miserię. ¶ Tertium re-  
 medium est cōsideratio humanę fragilitatis tam scilicet alienę  
 in peccando (Vnde Gregorius. Excusa si potes intentionem: si  
 non potes / excusa factum / puta casum / puta ignorantiam / puta  
 surreptionem) q̄ etiā proprię in male iudicando. Vnde dicit Ply-  
 nius vbi supra / q̄ natura aspidi dedit sensum visus hebetem &  
 q̄ oculos dedit ei in temporibus non in fronte & ideo non po-  
 test videre aduersarium directe sed oblique. Hęc ille. Sic est de  
 homine inuido / eo q̄ nullam virtutem Christi iudicat directe.  
 Sed sicut Iudæi / Christū speciosum (ad literā) præ filijs homi-  
 num reputabant leprosum. & non debet inuidus imputare suo  
 malo iudicio: si videt defectum in proximo. Hęc est ergo tyriaca  
 inuidię charitas quę cōsiderat identitatem imaginis / vtilitatem  
 et indigentiā / mystici corporis cōmunionē / & pprię fragilitatis cōsi-  
 derationem. ¶ Nota q̄ ad venenum aspidis qui dicitur spuens  
 qui scilicet spūto inficit / nullum remedium valet nisi combustio  
 vel precisio membri infecti. Ita enim virulentum est illud vene-  
 num: q̄ interficit omne viuum quod tangit. Sic nullum reme-  
 diū est cōtra venenum detractionis nisi amputatio membri infl-  
 ciētis corpus mysticum Christi. Similiter dicit de veneno illius  
 qui dicitur seps. Nota q̄ inuidia est fel diaboli infusus humano  
 cordi. Actuum. 8. In fel amaritudinis &c. Fel est principium pu-  
 tredinis in corpore mortuo / quia quando frangit cista fellis no-  
 xius humor diffūditur q̄ est causa putrefactionis: sic inuidia oīa



bona interiora corrumpit in momēto. Prouerb. 18. Putredo ossium: inuidia. Gregori⁹, ossa putrescere est robusta quæq; inuidia deperire. Item inuidi sunt fluctus ferri maris despumantes suas confusiones vt dicit Iudas in sua epistola. Vnde quædam animalia non habent fel in communi loco id est in splene. Sed in intestinis/dicit Philosophus. talis est columba simplex in vultu & fel habens in intestino. Talis est inuidus humilis in facie & occultam inuidiam portans in mente. Prouerb. 26. Quando submiserit vocem suã ne credideris ei: quia septē nequitie sunt in corde ipsius. Item inuidia similis est viperæ/quæ vt nascitur prius rodit et penetrat v̄trem suæ matris: sic inuidia in qua generatur mētem rodit. Item est vrsus diaboli. Vrsus ad peluim candentē excæcatur. Sic inuidus ad bonum proximi/mēte cæcatur/vt de eo dicatur illud Eccī. 25. Obcæcabit vultum suū sicut vrsus. Itē vrsus dieb⁹ festiuis cōmuniter a mimis magis torqueſ/quia trahit per vicos & verberat & a canibus infestatur. Sic inuidus in festis magis affligitur vidēs honorem & decorem proximi. Vnde Seneca. Vtinam inuidus in omnibus ciuitatibus oculos apertos haberet vt de omniū profectib⁹ torqueſ. Item quāta sunt foeliciū gaudia/tanti inuidorum sunt gemitus. Itē inuidus est similis talpæ/ qui lumen solis sine morte diu ferre nō potest: habet enim oculos sub pelle valde debiles. Sic inuidus sine morte animæ/bonū proximi nequit videre. Vnde Gregorius. Qui de bono alterius affligitur: quasi de radio solis excæcatur. Item inuidus est ferrum rubiginosum quod assidue consumitur. Eccī. 12. Sicut feramentum eruginatum: sic nequitia illius. Item inuidus est fera pessima fæuitor leone/ qui cū sequissimus sit inter omnia animalia tamē prædam suam inferioribus relinquit/tāq; a natura edoctus/ quia omne bonum in cōmune deductum pulchrius elucescit/vt dicit Boetius .& Seneca. Nullius rei possessio est iocunda sine socio. Sed inuidus vult potius carere bono q̄ illud diuidere cū socio. Exemplum de rege quodam/ qui concessit cuidam auaro & cuidam inuido munus quod eligerent: ita tamē q; donum eius qui posterior peteret duplicaretur. Et cū vterq; differret petere/ p̄cepit rex inuido vt prius peteret/q; petijt vt erueretur sibi oculus vnus/volens q; proximo eruerentur ambo. Noluit enim petere aliquod bonum/ne proximus illud duplicatū acciperet. Vnde poeta. Inuidus vt noceat in sua damna meat. Itē inuidia est quoddam speciale signum discipulorum diaboli: sicut charitas



discipulorum Christi. Ioã. 13. In hoc cognoscēt homines &c. Itē inuidi sunt quodāmodo peiores dēmonibus, quia quidā dēmones cōpatiuntur se in vno obfesso corpore: sed duo inuidi non cōpatiūtur se sub vno tecto. Luca. 8. qđ tibi nomen est? legio &c. ¶ Et nota qđ multa mala orta sūt ex pessima matre inuidia: qđ mors animæ & corporis ab initio. Sapiē. 2. Inuidia diaboli intrauit in orbē terrarū. Postea mors innocentis scilicet Abel. Geñ. 4. Venditio iusti Ioseph. Geñ. 37. Tandē ipse saluator morti tradit⁹ ē. Math. 27. Sciebat enī Pylat⁹ qđ p̄ inuidiā tradidisset eū, et adhuc inuidia nō cessat cōmunicare malitię molimina: scilicet minas & iurgia/persecutiones & homicidia. Ideo cōfundātur zelantes populi &c. Et de ea. Esa. 28. vide. ¶ Sequit̄ aliqua additio de speciebus inuidiæ prædictis/ quarū vna scilicet tertia superius posita fuit dolor de alieno bono. cū bonū naturaliter sit materia gaudij: patet qđ inuidia est contraria naturæ. Eccī. 11. Est laborans & festinans & dolens impius/ et tanto magis non abundabit. Item est gaudiū de malo proximi in quo est specialis imitator diaboli qui letatur cū male fecerit. Prouer. 2. Letātur cū male fecerint & exultant in rebus pessimis/ quorū viæ puerfæ & infames gressus eorum. & sequitur. Inclinata est ad mortem domus eius & ad inferos semitę eius. Vnde quia omnia ista sunt venenosa & humanæ naturę cōtraria: transeamus ad fructuosa & odorifera scilicet ad charitatem prædictā/ & ad bonam volūtatem. Vnde Grego. Omelia. 5. super euangeliū. Voluntas bona est: sic aduersa alteri us sicut nostra pertimescere/ & sic de prosperitate proximi sicut de nostro profectu gratulari/ aliena damna nostra credere/ aliena lucra nostra deputare: amicum nō propter mundū sed propter deum diligere/ & inimicū etiam amando tolerare/ nulli qđ pati nō vis facere/ nulli qđ iuste tibi impendi desideras denegare/ necessitati proximi non solū iuxta vires succurrere sed pdesse vltra vires velle. & hoc sacrificiū bonę volūtatis nunq̄ bene persoluitur/ nisi huius mundi cupiditas perfecte deseratur.

## ¶ De veneno Iræ.

## Cap. VII.



Enenū iræ recte est appropriatum vermī qui dicitur Buffo/ qđ est genus ranę perniciosissimū/ quia ira humanæ naturæ inter omnia vicia est magis contrariū. Vnde Sene. libro. 1. de ira. Hominis natura nihil mitius/ ira nihil crudelius: homine nihil amantius/ ira nihil infestius. ¶ Et nota secundū Gregoriū lib. 31. Mora. Effectus iræ sunt /

B. j.



## F. Malachiæ Hib.

tumor mētis / indignatio / cōtumelia / rixa / clamor / blasphemia. Nota ergo q̄ tumor mētis est prim⁹ effectus iræ. Similiter buffo inter omnes serpētes magis intumescit: quia ad omnem tactū et quanto plus tangit̄ tātō magis intumescit. sic est de irato. Et ideo secūdū Sene. li. 3. de Ira. Ira est miserabilior omni vicio: nā auaricia acquir̄ unde quis melior fit / sed ira incendit. Luxuria sua voluptate fruitur: hæc aut̄ scilicet ira / alieno malo gaudet. Unde vitāda est propter septē. videlicet / quia suū possessorē infanum demonstrat. Eccī. 6. Ne sis velox ad irascendum / quia ira in sinu stulti requiescit. Item quia ipsam animam spiritualiter necat. Iob. 5. Virum stultum interficit iracundia. Item quia diuinū hospitium scilicet mētem perturbat. Gregorius. Dum ira animū pulsat: spiritui sancto suam habitationem turbat. Item quia pulchritudinem imaginis diuinæ dissipat. Gregorius. Ira in nobis imaginem dei dissipat. Item quia animam multis virtutibus priuat. Item quia hominem a generalis iustitiæ statu alienat. Iacobī primo. Sit autem omnis homo velox ad audiendum &c. sequitur & tardus ad iram. Ira enim viri: iusticiam dei non operatur. Item quia proximum non solum in persona: sed etiam quādoq; in rebus damnificat. Iob. trigesimo sexto. Nō te superet ira vt aliquē vi opprimas. Itē quia quod dei est scilicet vltionem frequenter vsurpat / & ideo dicitur Leui. 19. Non quæres vltionem nec memor eris iniurię ciuū tuorum. Et quare? quia dicitur in persona domini. Deutero. 32. Mea est vltio &c. ¶ Item secundus effectus iræ est indignatio. Gregorius super illud Iob. Virum stultum &c. Iræ suæ stimulis cor accensum palpitat / corpus tremit / lingua se præpedit / facies ignescit / exasperantur oculi & nequāq; cognoscunt̄ amici. & addit q̄ totū id est totaliter nō differt iratus & phrenetic⁹. Similiter buffonis cōditio est q̄ oculos habet igneos & lucentes / & est tanto perniciosior: q̄to aspectus eius est ardentior. Non multum ergo differunt iratus & buffo. Unde secundum Gregorium vbi supra. Cum mansuetudo per irā amittitur: diuinæ imaginis similitudo viciatur. Unde sequitur q̄ sit non homo. Secundum Boetium libro Conso. Induit formam bestię / cuius mores imitatur. ¶ Tertius effectus iræ est contumelia quæ extinguit lumen veritatis in homine. Unde secundum Gregorium vbi supra. Dum perturbata mens iudicium suæ rationis exasperat: quicquid furor sibi suggerit rectum putat. Unde tunc nihil bonę vitæ vel famę inuenit in proximo / quod non macu-



let. Et hæc est vna cōditio buffonis sc̄dm Ply. lib. 8. q. licet habeat clarū aspectū / solē tñ odit / & loca foetida diligit / in paludibus habitat / & odorifera fugit. q̄a irato nihil de pxio redolet. ¶ Quartus irę effect⁹ est rixa q̄ in hoīe irato & illo cui irascit̄ extinguit oēm ardorē charitatis & deuotionis. Vñ Grego. vbi supra. Per irā penit⁹ gratia socialis vitę amittit̄. Et tūc recte irat⁹ buffoni cōparat̄. Refert enī Plynius vbi supra / q̄ in latere buffonis dextro est os paruum / quod proiectum in aquam feruentem subito facit eam frigesieri / nec postea potest feruere / & illo osse vtuntur magi ad odium concitandum. Hęc ille. Sic rabies & furor & iracundia excitat odium & extinguit feruorem dilectionis proximī. Ideo dicitur in Prouerb. 22. Noli esse assiduus cum hoc iracundo. ¶ Et nota secundum Senecam libro de Ira. q̄ hoc vicium cauendum est iudici præ omnibus vicijs. Vnde refert q̄ quidam iudex condemnauit quendam militem accusatum de morte commilitonis / eo q̄ essent duo in via / & vnus redijt sine altero. Vnde putabatur q̄ iste occidisset alterum / & cum centurio post sententiam latam duceret militem ad supplicium / videns illum militem p quo fuit adiudicatus / ambos reduxit ad iudicem. iudex vero iratus primo dixit. Iubeo te interfici / quia damnatus es. Secūdo dixit. & te similiter quia causa mortis cōmilitonis fuisti. Tertio dixit similiter. iubeo te interfici q̄a iussus occidere militē nō obedisti. Vñ Seneca. q̄ sollers est iracūdia ad fingēdas causas furoris. Tres enim hic iudex puniuit / ppter vnus innocētiā. Fugienda est igitur iudicis ira : quia variat superiorum sententiam. Grego. vbi supra. Quicquid furor suggerit : rectum putat. Vnde potestas & auctoritas iracundi fingit sibi causam iustitiam. ¶ Quintus effectus iræ est clamor contra proximum & blasphemia contra deū : & tūc in iracūdo inueteratū generat odiū. & tunc secūdū Grego. vbi supra. spiritus sanctus a corde excludit̄. Cū inquit ira mēti q̄etē subtrahit : suā spū isctō habitationē claudit. Hęc ille. Tūc hoīem replet venenū buffonis. qđ sc̄dm Ply. vbi supra / ē frigidissimū inter oīa venena / q̄a omne mēbrū qđ pcutit facit insensibile & cōgelatū. Sic nichil remanet in corde irati nisi rācor et odiū inueteratū. ¶ Nota q̄ hoc venenū nūc regnat in dñis terrenis cū qb⁹ p ira & ipatiētia vix homo potest loq̄ aut profequi. Vñ dicit̄ de buffone ātīquo / q̄ in capite eius generatur lapis / & tunc propter elationem duobus pedibus anterioribus non tangit terram / sed erectus incedit. Et veraciter hic lapis est in mitra



superborum prelatorum/ quos cū pauper semel offenderit/ nūq̄ cessant quousq; se vindicent/ explorando maliciose scilicet tempus vindictę. ¶ Vnde venenū taliū est simile veneno rabidi canis/ quod est valde periculosum. quia secundū Cōstantiū in homine quem mordet aliquando vsq; ad anni reuolutionem venenum iacet/ q̄ nō nocet: & tūc eadē hora qua percussit ascēdit ad caput/ & hominē facit esse freneticū. Sic est de odio taliū reserua to vsq; ad tempus vindictę. Multi tamen rabidi canes regnant hodie. Vnde refert Ply. lib. 6. q̄ sunt quidam Aethiopes qui canē habent pro rege/ cuius motu augurātur. Sic Aethiopes nigri visa/ nunc ponunt canes rabidos pro praelatis in ecclesia. Vñ Grego. super illud euangeliū. Venient ad vos in vestimentis ouium &c. dicit sic. Multi cū regiminis curam suscipiūt/ & lacerandos subditos inardescunt: terrorē potestatis exhibent/ & quibus prodesse debeāt nocent. & quia charitatis viscera non habent: domini videri appetūt: patres se eē minime recognoscūt/ humilitatis locū in elationem dominationis mutāt/ & si quando extrinsecus blandiūt/ intrinsecus sæuiunt. Hęc ille. Est etiam prester quidam serpens vomens ignem ore patenti currens. Vnde poeta. Oraq; descendens currit fumantia prester. Hic est iracūdus vomēs verba ignea. quia apertio oris illius inflammatio est. Eccī. 20. Item iracundus accendit templū dei/ & est de illis de quibus dicitur. Succenderunt igni sanctuarium tuum/ vel dei. Et si ille qui succendit ecclesiam dei incidit in canonem/ vt absoluendus mittat̄ ad sedem apostolicā: patet q̄ iracundus qui spirituale tēplū dei accēdit/ in se & in proximo grauem meretur pœnam. 1. Chorin. 3. Tēplū dei estis vos. Item ira est furia vel phrenesis mētis que arrepticiū facit hominem/ aufert enim homini se ipsum. Vt dicit Hugo de sancto Victore. Superbia aufert deū/ iuidia proximū/ ira se ipsum. Item iracūdus hericio comparatur: qui cū tāgi debeat in spherā se colligit & aculeos erigit. sic iracundus si corripitur: rixas agit & contumelias/ ita q̄ spinę eius nō possunt tāgi nisi cum ferro vel ligno lanceato. Item hericius intrans pomerium colligit cumulū pomorum & super ea voluitur donec oneretur: & postea cū aliquod eorū ceciderit / dū se ad illud vertit & colligit/ alia perdit: tādē ira motus omnia excutit. Hoc modo factus impatiens omnia spiritualia bona perdit animę/ vt posset talī dici. Omnia poma desiderabilia animę tuę transierunt a te. Item iracundus est similis stulto/ qui frangit pontem ne aduersa



rius suus transeat cum ipsemet sine ipso nequit saluare vitam suam. Pons iste est misericordia post peccatum volenti transire ad vitam. hunc pontem frangit iracundus / qui misericordiam perimit. puer. 27. Ira non habet misericordiam nec erumpens furor / & qui misericordiam negat / frustra misericordiam postulat. Mat. 18. Nonne oportuit te miserum cõserui tui sicut & ego &c. & eccli. 28. Dimitte proximo tuo nocenti te. Interlinearis glo. ibidem. Indignum est dominum deum esse propitium ei qui crudelis est in proximum. Et in eodem ca. Quis orabit pro delictis &c. Inter li. frustra pro peccatis quis orat: qui fratri debitam caritatem negat. Scdm Grego. per iram multa mala eueniunt. Primo sapientia perdit. eccli. 7. Ira in sinu stulti requiescit. Vita abbreviatur. eccli. 30. Zelus & iracundia minuunt dies. Mansuetudo amittit quod custos est anime. eccli. 3. Filij in mansuetudine serua animam tuam. Iustitia perimit. Iacobi. 1. Ira viri iustitiam dei non operatur. Gratia vite socialis ledit. Eccli. 8. Cum iracundo non facias rixam: quoniam quasi nihil est ante eum sanguis. Concordia rumpit. Prouer. 15. ca. Vir iracundus parat rixas. ¶ Spes iræ sunt. odiũ quo quis inueterato animi rancore aliquem habet exosum. Bernardus. Odiũ est ira inueterata. Scda / discordia qua quis deserit qui prius amoris vinculo colligebatur. Tertia / rixam qua quis in facti iniuriam verbo procedit. Quarta / contumelia qua quis comminatur alicui. Quinta / iniuria cum facto vel verbo contrarius facit. Sexta / impatientia. qua quis impetuosum animi motum non refrenat. Prouer. 26. Sicut qui apprehendit auribus canem: sic qui transit / & impatientes commiscebitur rixæ alterius. Septima / perteruitas qua quis subitaneo motu in verba turpia prorupit. Gre. Mos est procacium vt recte dicendis semper ediuerso respondeat. Octaua / furor qui aufert iudicium rationis. Nona / clamor qui est confuse mentis immoderantia. Decima blasphemia que est verborum contra deum inordinata prolatio / que fit tripliciter scilicet male de deo sentire vel mala proferre vel irreuerenter sacra tractare. & poena talium scdm legem est lapidatio. Vndecima / obprobrium in quo turpia alicui obijciunt. Duodecima comminatio que est post omnia ista mortem desiderare propriissime. eccli. 22. Ante sanguinem. i. illatam mortem: maledicta & contumeliæ & minæ. Remedium Iræ. Ca. VIII.



Remedium & tyriaca contra iram est patientia. Circa quam considera causam motiuam scdm Grego. Ira & impatientia habet vel ex vitio esse: vel ex zelo. Prima est culpabilis. Secunda meritoria. Patientia ergo habenda est semper ad personam vel naturam / & ad hoc potest adaptari verbum

B. iij.



F. Malachiae Hib.

Ply. lib. 8. qui dicit q̄ buffo habet duplex iecur / vnum quod est summe venenosum / & aliud quod est contra venenum antidotū. quæ sic cognoscuntur. vtrūq; projicitur in nido formicarum & illud iecur venenosū fugiūt / aliud vero amplectūtur & appetunt / et illud homines reseruant contra venenū / & de ijs tradunt mira doctores. Hæc Plynus. In hunc modum ira ex vicio contra naturam & dei imaginem est venenum. Et quia ira tot mala procurat / debet homo circa ipsam armare se per patientiam / & hoc propter septem bona quæ ex patientia proueniunt. videlicet quia per patientiam imitamur diuinā mansuetudinē. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis / vobis relinquens exemplum / vt sequamini vestigia eius. Et. 1. Pe. 5. Christo in carne passo vos eadem cogitatione armamini. Item quia per patientiam sustinemus diuinam probationem / quia tanq̄ aurū in fornace probauit electos dominus. Thobi. 12. Quia acceptus eras deo necesse fuit vt tentatio probaret te. Itē quia procurat nobis sapientiæ illustrationē quo ad informationē rationalis. Prouer. 14. Qui patiens est multa gubernatur prudētia. Item quia procurat nobis ordinatam delectationem quo ad informationē cōcupiscibilis. Hebræ. 12. Omnis disciplina in p̄senti quidem non videtur esse gaudij / sed mœroris: postea fructum pacatissimū exercitatis reddet iustitiæ. Roma. 8. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonū. Itē quia procurat fortitudinem / quo ad informationem irascibilis. Prouer. 16. Melior est patiens viro forti & qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Item quia patientibus promittit deus letitiam & consolationem. Mat. 5. Beati qui lugent / quoniam ipsi cōsolabuntur. p̄s. Qui seminant in lachrimis in exultatione metent. Ioā. 16. Tristitia vestra vertetur in gaudiū. Itē quia procurat nobis patientia coronam. & ideo dicit Grego. Ego quidem virtutem patientiæ signis & mirabilib⁹ maiorē puto. Vñ dicit deus. Mat. 5. Beati qui persecutionē patiunt̄ propter iustitiam: quoniā ip̄orum est regnum coelorum. Itē de remedijs cōtra irā ppriā & alienā / & primo alienam. Primū est respōsio mollis. Prouer. 15. Respōsio mollis frāgit irā / sermo durus suscitatur furorē. Vñ legit̄ de quodā monacho qui obuiauuit cuidam sacerdoti idolatre. q̄ cū diceret quo vadis: demū sacerdos iratus percussit eum & semiuiuo relicto pertransijt. Cui post obuians abbas sanctus monach⁹ Macharius ait / salueris laborator salueris / qui cōpunctus veniā petijt & cōuersus ab idolatria: monachus est esse



fectus. Item remediū & Tiriaca est silentiū. Ro. 12. Prouer. 26.  
 Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Et nota exemplū. Eccī.  
 .8. Ne litiges cū homine liguato neq; struas in ignē ipsius ligua  
 sicut qui nō vult cōburī recedit ab igne &c. Ro. 12. Nō vos defen  
 dentes charissimī sed date locum iræ. Item remedium est bene  
 ficium. Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illū/beneficia  
 quæ inimico exhibent sunt velut carbones accedentes ad amo  
 rem. ¶ Etiā vt dicit Grego. vbi supra scz in principio; irasci ex  
 zelo contra culpam est magni meriti. secundum glo. sup illud pī.  
 Irascimini & nolite peccare &c. Nā procedit ex amore. Eccī. 20.  
 Qz bonum est arguere q̄ irasci. Vnde quia iecur buffonis cogit a  
 mare recte: hæc ira attribuitur illi iecori sautifere. ¶ Sequitur de  
 remedio cōtra irā propriā. quorū primū est cōsideratio dñice pas  
 sionis. Vñ legit q̄ filij Israel respiciētes serpētē in pallo a morfu  
 serpentis sanabantur. Nota de hoc supra. ca. 1. Secūdū remediū  
 est cōsiderare culpas n̄as cōmissas cōtra deū. Vñ Grego. vbi su  
 pra. quasi ex aqua ignis extinguit/ dū surgēte furore aiæ/ad mē  
 tē culpa reuocat. Aliud remediū (scdm Senecā) cōtra irā est con  
 sideratio iniuriātis p̄sonę. q̄a cōtendere cū pare āceps gladius ē:  
 cū superiore furiosum: cū inferiore sordidū. Et addit. amic⁹ offē  
 dit/fecit qd̄ voluit/inimic⁹ fecit qd̄ debuit. Stultiori remittam⁹/  
 prudētiori cedamus. Itē dicit ibidē/q̄ cōsiderāda ē natura irascē  
 tis. q̄a dicit. Mūdi pars sup̄ior/nec in nubē cogit/in tēpestatem  
 nō pellitur/nec versat in turbedinē/omni tumultu caret: sed in  
 terior pars fulminat & tonat. Sic sublimis animus q̄etus semp ē  
 & in loco tranq̄llo collocatur: oīa intra se premēs/q̄bus ira cōtra  
 hitur/modestus et venerabilis ē: quorū nihil inuenies in irato.  
 Hęc ille. Multū ergo cauēda est ira xp̄iano & maxime iudici vel  
 p̄lato. Vñ Seneca. lib. 2. de Clemētia. Rex apū aculeū nō habet.  
 q̄a natura eū sibi negauit & inermē eū reliq̄t. Phūs tñ dicit libro  
 .17. de aīalib⁹/q̄ habet & soluit cōtrarietas p̄ verba lib. 10. Ply.  
 qui dicit: q̄ si habet aculeū/vsum tñ feriēdi natura sibi negauit:  
 noluit natura ip̄m sæuū esse/nec cōcito petere vltionē. ideo telū  
 ei subtraxit scz quo ad vsum: sed maioritate eū armauit. Hęc il  
 le. Sufficit ergo iudici vel p̄lato auctoritas vel dignitas. ¶ Nota  
 de patiētia. Grego. sup Eze. Omelia. 1. Patiētia vera ē q̄ & ip̄m  
 amat quē portat. Itē scdm Augusti. in tractatu de patiētia. Patiē  
 tia est/qua equo aīo mala toleram⁹/ne aīo iniquo bona desidere  
 m⁹. Seq̄t. patiētia ē comes sp̄iē: nō famula cōcupiē/amica bonæ

B. liij.



cōscientiæ: nō inimica innocentia. Vnde ip̄a est medicina contra irā/ eo q̄ ira alienet hoīem a seip̄o vt nō sit cōpos sui: patiētia vero facit sui esse cōpotem/ & dominari suis appetitib⁹. Luc. 21. In patientia vestra &c. Grego. sup illud. Idcirco possessio aiæ i virtute patiētiæ ponit̄: quia radix oīm & custos virtutū est patiētia. Hęc quidē sufficiāt de veneno irę/ & de eius malis effectibus ac contrarijs remedijs.

¶ De veneno acidia. Cap. IX.



Venenū acidie est valde perniciosum/ quia sc̄dm Grego. lib. 31. morali. Acidia est tristitia aiæ que nō inuenit in se nec in alio bonū quo gaudeat: vñ sibi nihil spirituale sapit sed tristis & frigida torpet. Et propter hoc acidia potest cōparari oī veneno: quia sc̄dm Ysido. lib. 12. omne venenū est frigidū & humanæ vitæ contrariū. Acidiosus ergo bñ cōparat̄ serpēti/ q̄ in oī frigore torpet & in hyeme tota in cauernis latēs in nodos se voluit ac in noctis algore nō repit. Sic piger in frigore semper quiescere appetit. Prouer. 20. Propter frigus piger arare noluit/ medicabit ergo in estate & nō dabit illi. ¶ Et nota sc̄dm Grego. vbi supra de acidia oriunt̄ torpor mēt̄is circa diuina/ euagatio circa illicita/ desp̄atio/ pusillanimitas/ rācor/ malicia. Et inter animalia venenosa acidia cōparat̄ eruce. que sc̄dm Plī. li. 8. est vermis villosus in summitatibus arborū corrodēs frōdes: virore q̄ cōsumēs: & textit de suis viscerib⁹ quas dā telas more aranearū/ quib⁹ se inuoluēs per totā hyemē custodit semē suū pestiferū. Ecce torpor & euagatio circa illicita. Nā eruca ab erodēdo dicta est & mēbrū qd̄ tāgit eius cutē vrit: & pustulas ibi derelinquit. Et sc̄dm Isido. lib. 12. Papiliones auiculæ abundantes in fructib⁹ maluæ efficiunt̄ & iterū ex papilionib⁹ stercorib⁹ sup folia derelictis eruce generant̄. & dicit Papias q̄ papiliones sunt volatilia q̄ de nocte igne vel cādela accēsīs cōueniunt & ignē vel lumen alis extinguere nitunt̄/ sed ipsi in corpore proprio puniuntur qa igne vrun̄t. Nota ergo q̄ papilio volans sed nihil vtile operās/ est acidiosus religiosus: qui tūc inutilis & maliciosus cōprobat̄/ qñ ignē græ quē in se nō inuenit/ in alio p infamiā extinguere intēdit. Sed poenā non euadit/ quia seip̄m (sicut papilio) igni iudicis exponit. ¶ Acidia salutē aiæ aduersat̄ sc̄dm oēm statū hoīs: cū sit eius status triplex. Innocētię/ culpæ/ & gratiæ. In statu innocētię tenebat̄ ad opus/ quia ad dei laudē & cultū. Geñ. 2. Posuit eū deus in paradiso vt operaret̄ ibi. In statu culpę/ labori addictus est & poenæ. Geñ. 3. In sudore vultus tui

*Maniposas*



vesceris pane &c. In statu gratiæ ad opera misericordiæ siue pœnitentiæ & maxime post lapsum. Apo. 2. Memēto vñ excideris & age pœnitentiā / & priā opera fac. Hijs trib⁹ aduersat acidia. Beatus Hiero. cōparat acidiosum arbori sterili dicēs. Arbor arida & in sterilitatē versa nōne mortua est. Sic q̄ iutiliter viuūt mortuus est. Itē pœnē reprobōrū apud inferos acidiosus similis est / quē pigros facit pōderosos. Mat. 12. Ligatis manib⁹ & pedib⁹ &c. glo. vt nō bene possent velle vel operari. Ecce quasi similes dānatis sunt acidiosi. Itē acidia est specialis paralyfis quæ totū hoīem dissoluit & tollit vsū mēbrorū / impedit meritū / & tollit præmiū.

.1. Macha. 9. Alchimus pcussus est paralyfi / & impedita sunt oīa opera eius. Itē acidiosus cōparat turdo & turturi / & dicitur turdus a tarditate volatus auis est pigra & pōderosa / & eius stercus est visc⁹. vnde in proprio fimo inuisat. secundū Papi. Sic desidiosus cū sua desidia & tristitia ab omni bono retardat. & sic requiescit Moab in fecib⁹ suis. Hiere. 44. Vñ fit ei cōminatio sopho. i. visitabo sup viros defixos in fecibus suis. Itē acidiosus est feruus iniquus / qui negligit multiplicare talēta dñi sui & ideo aufereť ab eo / nō solū qđ habet / sed qđ habere videť. Mat. 5. i. qui nō habet volūtātē operandi aufereť ab eo gratia intelligendi. Iob. 12. cōmutans labiū veraciū. glo. Argenti seruitio subtrahitur vt loqui nō audeat quod nō operatur : & iusto dei iudicio perdit linguam qui bonam recusat habere vitam. Itē acidiosus est asinus diaboli qui graui onere premitur / pungiť / verberat / in fine diei asperis cardonibus pascitur. Hæc patitur acidiosus. Ad omnia enim mala fit insensibilis. & si nihil operis extra faciat / tamen sub cordis sui pōdere desudat. ¶ Nota ergo tria mala quę sequuntur acidiam. Paupertas. Prouerbiorum. 28. Comminatur piger / qđ veniat ei q̄si cursor egestas / & mēdicitas quasi vir armatus : quasi dicat. Modo est paupertas lenta & inermis : sed in morte erit velox & inexpugnabilis. Vilitas. Eccī. 22. de stercore boum lapidatus est piger / viliter tractandus & obiurgandus. Pœnalitas. Acidiosus enim cum intra sit vacu⁹ a bono / extra querit vñ consoletur / & non inueniens affligitur / & hoc est qđ desideria occidūt pigrum. Prouer. 21. Ipse est puer paralyticus qui maletorquetur. Mat. 4. Item. acidia est tepiditas in operando bonum siue ociositas. Apo. 3. Vtinam frigidus esses aut calidus / sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. ¶ Et est vitandum propter septē mala quę procurat homini quę homo summopere

B. v.



debet curare / videlicet / insaniam quatum ad cerebri malam dispositionem. Prouer. 12. Qui sectatur ocium stultissimus est. & tamen dicitur Prouer. 15. Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias. Item inopiam quantum ad rerum temporalium egestatem. Prouer. 18. Qui sectatur ocium replebitur egestate. Item lasciuiam quatum ad luxurie iniquitatem. Eze. 16. Hæc fuit iniquitas Sodome fororis tuæ saturitas panis & abundantia aquæ & ocium eius. Et Eccī. 32. Seruo maliuolo tortura & compedes / multam enim malitiam docuit ociositas. Item inconstantiam / quatum ad mentis leuitatem. Prouer. 13. Vult & non vult piger / anima autem operantium impinguabitur scilicet pinguedine gratie. Item infamiam quantum ad bonæ opinionis vacuitatem. Eccī. 22. In lapide luteo lapidabitur piger & omnis loquetur super aspersionem eius. Item indignationem diuinam / quatum ad extremi iudicij terribilitatem. & de hoc potest exponi illud quod dicitur in Mat. 25. Serue male & piger / sciebas quod merito vbi non seminaui &c. Item maledictionem æternam ad poenarum inferni acerbilitatem. Hierē. 48. Maledictus qui opus dei facit fraudulenter. vel (secundum aliam literam) negligenter. ¶ Et propter omnia ista maledicitur acidioso. Eccī. 9. Quodcumque potest manus tua : instanter operare. Et hoc propter septem bona videlicet. quia dum hic sumus / adest nobis ad bene operandum loci & temporis oportunitas. Gala. vltimo. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Item quia ad hoc nos inuitat laboris quem Christus sustinuit continuus. Secundæ Timotheo. 2. Labora sicut bonus miles Christi. Vnde in persona Christi dicitur in psalmo. Pauper sum ego & in laboribus &c. Item quia ad hoc nos inducit futura necessitas. 2. Corī. 4. Vnusquisque secundum suum laborem mercedem accipiet. Mat. 22. Voca oparios & redde illis mercedem &c. Item quia ad hoc nos eleuat premij immensitas. Ro. 4. Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. & quare? quia dicitur Sapientie. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Item quia ad hoc nos confortat premij securitas. Grego. Sancti viri quot labores nunc virtuti commo- dantes exhibent / tot remunerationis sue pignora intra spei cubiculum clausa tenent. Item quia ad hoc nos efficit premij delectabilitas. ps. Quæ magna multitudo dulcedinis tue domine / quam abscon. &c.

De Remedijs acidie

Cap. X.





Remediū etiā cōtra venenū acidie est prudētia quę est  
 exēplorū inspectrix. Priō/laboris & fatigationis xp̄i a  
 pueritia vsq; ad suppliciū crucis. Sc̄do/debet esse in-  
 spectrix oīm sanctorū. Vñ dicit ph̄s lib. 7. de aīalib⁹  
 q̄ in sepulchris antiquorū regū inuenit lapis p̄ciosus/q̄ cū vino  
 datus curat morsū serpētis. Hic lapis potest dici margarita illa/  
 qua inuēta vedit homo oīa & cōpat eā. Mathē. 11. Quę margari-  
 ta (sc̄dm Grego.) est dulcedo regni celestis p̄pter quā inardescit  
 aīmus ī celestib⁹/ ita q̄ oēs statim sp̄retis terrenis exponebāt se  
 laboribus & supplicijs. Deberet ergo acidiosus torporem suę pi-  
 gritie excutere & dulcedinē istā cū sctis gustare/ & sic nō tederet  
 eū in p̄nti peregrinatiōe exēplo sctōrū laborare semp. Tertio/de-  
 bet esse inspectrix prudētie naturalū aīaliū. Dicit enī phi. li. 11.  
 q̄ inter apes nulli licet ocio vacare. & officia diuersa habēt. Nam  
 q̄dā domos cōstruūt/ alię poliūt/ alię cibos parāt/ & fenes earum  
 interius opanť & iuuenes exeūt. Et dicit Auicē. q̄ apes innubes  
 & virgines faciūt mel meli⁹ q̄ seniores/ supple. q̄a plus habēt de  
 vigore. Apes etiā puniūt morte opari nolētes. Cōtra ergo natu-  
 rā viuit/q̄ ocio vacat/ de labore aliorū cibum sumit. Vñ bñ bt̄s  
 Frācisc⁹ talē fratrem / nō apē argumētōsam sed muscā vilē vel ve-  
 spā vocauit. Dicit enī Ply. vbi supra. q̄ formicarū maiora sunt  
 onera q̄ corpora & de republica est eis cura ratio & memoria de  
 qb⁹ quæritur plus ca. de auaritia. Bene ergo d̄r acidioso. Prouer.  
 6. Vade ad formicā o piger & disce ab ea prudētiā. Dicit etiā Di-  
 oscorides q̄ serpētes postq̄ p̄ hyemē latitāt in cauernis verno tē-  
 pore caliginē oculorū tūc cōtractā disponūt/ & p̄ remedio quæ-  
 rūt radicē feniculi/ cuius pastu cōtractā cecitatē deponūt. Miser  
 ergo p̄ctōr p̄ ignauā ipugnat istinctū naturalis sollertie q̄ viget  
 in bestijs. ideo bestialior est oībus bestijs secūdū Augusti. qui ra-  
 tione nō vtitur.

## De auaritiæ veneno.

## Cap. XI.



Venenū auaritie ebibit homo a serpēte/ quando appe-  
 tit scire bonū & malū. q̄a sc̄dm Grego./ auaritia nō  
 tm̄ est pecuniæ sed sciētie. Notādū q̄ inter oīa vene-  
 na auaritia cōparat veneno araneę. Vñ diues auarus  
 circa diuitias cōgregādas araneę in venādo cōparat p̄pter cōsi-  
 miles hinc in p̄prietates reptas. Priā p̄prietas eorū est labor cō-  
 similis in acq̄rendo/ qui labor est triplex. Priō est cōtinuus. Isido-  
 rus libro. 12. Aranea semper telę intenta nunq̄ deficit a labore.  
 et secundū Phi. libro. 4. de aīalibus. Cōtra occasum solis maxie



laborat. Sic auarus licet omnibus diebus vitae suae diuitijs acq̄re-  
 dis estuet/circa mortē tñ amore diuitiarū excedit. Secūdo labor  
 eius est curiosus. Vñ dicit Auicē. & Ply. lib. 9. Quia ex visceribus  
 araneę quodā mirādo artificio & subtilissima cōpositiōe tela cō-  
 texti/more rethis cōponitur/& filis subtilissimis cōnectitur/ ne a  
 muscis & alijs bestiolis quibus tēditur ppter grossitudinē videat̄.  
 Hūc in modū auarus curiositatē studiij circa tēporalia acq̄renda/  
 omnia intima sua proicit. Eccī. 10 Auaro nihil est scelestius/hic  
 animā venalē habet &c. Tertio est labor anxius & periculosus  
 quia in telae superficie mortaliter se suspendit. p̄s. Tabesce e feci-  
 sti sicut araneā &c. glo. Augusti. Texit inanes telas vt dolo ca-  
 piat muscas. Sic auarus in studio suo nullū habet fructū/nisi ca-  
 pere muscas temporalium/ad quas vt dicit Augusti. Non volat  
 charitas. Secūda proprietas est q̄ inest vtriq̄ cōsimilis timor in  
 possidendo. Tela omni araneae secundum Ply. vbi supra cū labo-  
 re miro modo texti/sed miro modo foeliciter dissipat̄/ignē nō su-  
 stinet/flatū venti timet/& si parua aīalia capiat a maioribus ta-  
 mē rūpitur. Sic auarus timet suis diuitijs quemcūq̄ videt. Sene.  
 videt diuitē: estimat prædonē/videt pauperē/suspicať furem. Et  
 secūdū Ambro. in hexame. More piscis & si deuorat inferiorem a  
 validiore tamē deuoratur. Tertia pprietas est cōsimilis dolor q̄  
 inest vtriq̄ in amittēdo. Quicq̄ enī t̄agit telā cū sit de visceribus  
 araneę t̄agit ip̄am. Sic q̄ t̄agit diuitias t̄agit intima diuitis. Vnde  
 sup illud p̄i. Tabescere fecisti sicut araneā/&c. glo. Aranea egesti-  
 one viscerū vñ telā textit moriť/ita homo dū cōtrahit ad se iniqui-  
 tē moriť. Cupiditas vl' auaritia cōtra pximū autonomatice ē ini-  
 q̄tas. scđm illud. 1. Timo. 6. Radix oīm melior ē cupiditas/ Quar-  
 ta pprietas ē ifructuositas in renumerādo. Aranea enī scđm Phī.  
 humore muscarū dū viuit pasciť/sed p labore suo plus non reci-  
 pit. Sic auar⁹ i vita pñti suis bonis nō satiať:& i futuro oī spe de-  
 fraudabiť. Job. 4. Sicut tela aranearū fiducia ei⁹. i. auari. Grego.  
 Vanis fauoribus ppli decipieť & nō stabit. i. nō cōsurget scilicet  
 ad grām in pñti vel gloriā in futuro. Nota q̄ oīa p̄dicta possunt  
 aptari de auaritia mercatorū siue vsura/cōuertēdo tñ ea ad auar-  
 ritiā dñorū mūdi. Peccatū auaritiæ mercatorū cōparať veneno  
 dracōis/q̄ secūdū Solinū venenū habet in līgua & in felle. & se-  
 cūdū Ply. lib. 8. Vi veneni semp erigiť eius lingua. Hæc est sub-  
 dola & mendax lingua mercatorum. In felle vero notatur frau-  
 dulentia & malitia. Dicit enim Plynus vbi supra q̄ sup oīa desi-



derat & sitit sanguinē elephātis. Draco enī est aīal sitibūdū qđ vi veneni & caloris nō pōt dormire/ sed quasi semp vigilat & siti estuat. Vñ sup illud Hiere. 24. Attraxerūt vētū sicut dracones. Dicit Hiere, qđ draco est aīal valde sitibūdū in tantū qđ vix potest in aqua satiari. Hic est auarus qđ nūq̄ satiatur pecunia/ & sanguinē elephātis (qđ est animal tēperatū) frigidū & māfuetū sitit quia substātiā pauperis & innocētis semp iste sitit. Dicit enī Plynius vbi supra, qđ solent. 5. dracones caudis mutuo se cōplecti & erectis capitibus velificare p mare & flumina ad pascua meliora. Similiter. Ouis in pascuis quasi nunq̄ satiatur: immo quod est mirabile/ cū tota die fuerit in pascuis auidius comedit in sero et vespere q̄ in mane seu meridie. sic in mūdo cupidi nūq̄ satiātur: immo auidi cōgregāt & retinēt in sero senectutis/ q̄ in mane iuuetutis. Vñ Seneca. Cū cætera vitia in hoīe senescāt: sola auaritia in senib⁹ iuuenescit. Hęc ille. Vñ est de auaris sicut de puero paruulo tenēte panē in manu cui⁹ manū canis capit ppter panē: sic diabolus auarū capit ppter pecuniā male acq̄sitā. Hęc similitudo ē cōiūcta societas mercatorū qđ oīa picula p̄cipēdit in hiando lucris mūdānis. Vñ fabulose depingit Mercurius habēs virgā serpēti nexā & pēnas vsq; ad talos/ cui dat galea in capite & gallus in tutela/ & sic deus furti vocat: qđ Fulgēt⁹ in lib. Mythologiarum sic exponit. Mercurius dicit quasi Mercū curius. i. de⁹. Sic est mercator oīs. virgā serpētinā fert/ qđ vuln⁹ dat serpētinū siue venenatū. pēnas hēt in talos: qđ pedes sui sunt pēnati volātes vbiq; galea abscondit caput: qđ eius intētio semp est abscondita. gallus ei dat: qđ quasi semp vigilat vel qđ gallicātu semper surgit ad pagēda negocia. deū vero furti esse ac p̄sulē dicūt: eo qđ nihil sit inter negociantis rapinā atq; eius periuriū/ & furis operationē & raptū. hęc Fulgēt⁹. ¶ Nota qđ araneę secūdū Ply. li. 29. tres sūt species/ vna quę sphalāgia appellat forāta ad modū formicę/ sed lōge maior corpore/ rufum habēs caput/ reliquū vero corporis nigri coloris resp̄sum qđusdā guttis albis/ & hęc viuit maxime iuxta furnos. Morsus huius veneni longe acerbior ē qđ viperę. Hęc arena respiciēs furnos & coquinā significat diuites prædones & exactores/ quorū studiū venenosum est pauperes spoliare & vētres suos replere. Alia species araneæ est lanuginosa cū grosso capite & dolor veneni eius sicut scorpionis/ ex cui⁹ morfu genua labefactāt. Hęc aranea significat mediocres sc̄z sequaces p̄donū/ qđ cōplacēt eis p adulationē. & de hoc vide in fine



huius capituli. Tertia spes dicitur myrmicoleon vel formicoleon (quod idem est) sic dicta quia formicarum leo formicae similis est in corpore / alium in capite / corpus habens nigrum / cuius morsus est ut vesparum. Venat ergo formicas ut leo / & earum fugit humiditatem / sed a passeribus deuorat sicut formica. Passer quod est quasi leo respectu ipsius : haec aranea significat balliuos siue officiales mundi : quia leones sunt respectu pauperum & innocentium. Sed postea fiunt praedae superiorum. Job. 4. Tigris perijt / eo quod non haberet praedam. lra. 70. interpretum habet myrmicoleon. glo. paruus scilicet animal quod est ut leo respectu formicarum quia latens in puluere eas comedit : sed postea praeda fit dominorum. Nota quod Creta nobilis insula Graeciae a centum ciuitatibus Metropolis quondam dicta secundum Isidorum lib. 15. & Ply. lib. 4. terra est ita munda quod nullum animal gignit venenosum. nec serpens / nec aliquid simile ibi inuenit / imo si illuc aliunde ad terram transferat statim moritur. tamen sphalagia aranea venenosa ibi abundat secundum Isidorum ubi supra.

**C**Huic insulae Graeciae conformis est maior Scotia scilicet Hibernia. Scotia enim est vocabulum Graecum secundum Phi. lib. de animalibus. 16. Etiam Hibernici sunt Graeci origine. Sed ultra Cretam deus dedit ei virtutem / ut nullum venenum admitteret nec in aranea nec in aliquo animali / & ut credo salua meliori oppositione / quod est proprietas consequens terram. Quod patet per hoc quod terra eius portata ad alias terras repellit venenum. Sicut dicit Beda de gestis Anglorum & alij historiographi. Sed protholor venenum quod negauit ei deus in aranea bestiali & in terra : permisit regnare in humana natura. Nam ultra omnes terras abundat in triplici aranea superius dicta : spiritualiter tamen intellecta. habet enim sphalagiam. id est praedones / quia omnes fere terrae natui sunt tales. Et ut dicit philosophus li. viij. de animalibus. femina araneae ponit oua primo / ex quibus postea modice araneae formantur : quae subito formatae informantur ad formandum & ad texendum telas : quae subito operantur acsi in utero materno fuissent instinctae ad venandum. ita est de pueris natis in terra illa quasi studio paterno & materno fuissent instructi / sic fiunt cito praedones. hic est quod raro in dicta terra inueniuntur aliqui diuites sicut in alijs regionibus / quia non permittit deus praedones fieri diuites. Prover. 12. Sunt qui rapiunt non sua & semper in egestate sunt. naturam enim habent milui / cuius quoddam genus est / quod in primo aues rapit / post extra animalium comedit. tandem vix muscas & vermiculos capit & in fine fame moritur. Sic dei ultione / quia tales in principio vitae innocentibus reddunt se crudeles : in fine vitae sibi fiunt inutiles. & qui volunt viuere de aliena substantia : postea moriuntur inedia. puer.



3. Egestas a dño in domo ipij. Habet etiã insula illa araneã lanuginosam. i. histriones & adultores/ quorũ maledicta laude p̄dicti p̄dones in supbiã elati nũq̄ possunt ad bonũ cõuerti. Et nota sc̄dm ph̄m lib. 8. de aĩali. q̄ coruus est amic⁹ vulpis/ & pugnat cũ eo cõtra taxũ/ quorũ societas bñ eis cõuenit: vulpes enim est aĩal rapax & fraudulētũ & deceptiuũ. qñ enĩ non habet cibũ: fingit se mortuã/ & tũc aues descēdētes sup se rapit & deuorat. secũdũ Isido. li. 2. semp etiã claudicat q̄ crura partis dextrę sũt breuiora alijs: cui naturale odiũ ē cõtra taxũ siue melum. Spũaliter hĩc ē p̄do vorax. periurus & mēdax q̄ fingit se mori & non posse familiã sustinere vel patriã regere/ nisi possit bona pauperũ tollere. vnde partē dextrã scilicet electorũ nunq̄ habet dispositã/ cui quasi naturale odiũ est cõtra taxũ animal valde mundũ scilicet pauperẽ mundũ & innocentẽ. Coruus vero est auis & quasi per adulationẽ semper tempus futurum procrastinans. habet enim secundum Fulgētium li. mythologiarũ solus inter aues. 74. vocis significationes. vnde dicitur habere vim diuinationis. Et secundũ Isido. li. 12. Pullos nō pascit quousq; cõformenẽ sibi in nigredine pennarum. & etiam immunda auis est quia cadauerib⁹ insidet: est etiam auis dolosa res furtiue subtrahens & abscondēs. Sic est adulator oĩa prospera premittens/ nulli nisi sibi simili in moribus complacens: fedis moribus insistens. Sic ergo p̄do rapax & adulator mēdax indiuiduã habēt societate in dicta Hibernia. quæ bene conuenit in conditionibus cum Creta/ quia Cretēses semper mendaces. ad Ti. 1. ¶ Habet etiam Hibernia tertiã araneã scilicet formicoleonẽ multiplicẽ. scilicet balliuos & officiales/ quibus in dicta terra vt videtur innata est astutia venenata ad destruendũ pauperes & innocentes. Et ad hoc nota quod dicit Ply. Qz tota spēs lupi ita iimicat ouĩ. vt si chorda facta de intestinis lupi collocet̄ i cythara/ iuxta chordã factã de intestinis ouis ip̄am totalit̄ corrodit & cõsumit. Si r̄ pēna aqlę collocata i pharetra: iuxta pēnas aliarũ auĩũ eas corrodit & cõsumit. Sic i tra dicta tot⁹ numer⁹ balliuorũ & officialiũ videt̄ quasi naturaliter venenat⁹ esse cõtra paupes & innocētes/ & hoc est contra instinctũ naturalẽ/ scz nocere innocēti. Narrat enĩ Iorath li. suo de aĩali. q̄ delfines per odorem sentiũt & cognoscũt si hō mortuus in mari vnq̄ comederit de delfine/ q̄ si sic/ ip̄z comedũt: si vero nō comederit/ a morsibus aliorũ ip̄m saluant & rostris suis pellũt eũ ad littus. Nec aliquis idiota nesciēs instinctũ naturæ in talib⁹ vigere sc̄dm gradũ p̄fectiõis sibi naturaliter collatũ de hoc admiret̄.



Sciat scđm Isido. lib. 12. c. 12. qđ Delfinus delectat in symphonia  
 intrū qđ secūdu Augu. li. 1. de Ci. ca. 25. Arimonem Machinium  
 nobilissimū chytharistā / cū esset de nauī eiectus: delfin⁹ supra  
 dorsum suū ad terrā ipsuz puehebat. Sicut ipse testat se legisse in  
 libris phōrū. Quāta ergo crudelitas est spoliare hoīem qđ nūqđ ho  
 minē spoliauit: Vñ Tulli. lib. 3. de offi. Detrahēre aliqd alteri &  
 hominē detractione deprauare/ eiusqđ incōmodo suū cōmodum  
 augere: magis est cōtra naturā qđ mors/ qđ dolores qđ corpori pos  
 sunt accidere. Dico qđ intelligit vt instinctus naturalis qđ in cate  
 ris aīalibus viget extinguat. ¶ Venenū auaritiæ p̄latorū cōparat  
 formicę secūdu malas eius cōditiōes. Dicit enī Solin⁹ & Ply. lib.  
 .11. qđ formicę astutiā & prudētiā habēt ad laborādū & in pleni  
 lunio de nocte: sed partibus alijs lunationis qđescūt : & tunc ha  
 bēt cognitionem de tpe laboris/ & fit cōcuruatio & obuiatio atqđ  
 collocatio/ tūc etiā maiores semitas certas p̄ quas formicæ mino  
 res asportādo cibū trāseūt/ & præponūt formicas sapiētiores ne  
 stulte oberrēt/ dinde grana portata abradūt anteqđ cōdāt/ ne rur  
 sus crescāt: tādē venit porcus & totū cōsumit. ¶ Nota hic quat  
 tuor cōditiones p̄lati/ mercēnarij auari. Nā in cremēto lunę .i. tē  
 poraliū .i. tpe decimarū cōgregādarū & aliarū obuentionū labo  
 rat. Prouer. 7. Pecuniā tollit in penultimo: alijs tporibus dormit.  
 Tēpus vero visitādi/ exactiōes faciēdi/ oēs p̄lati optime obser  
 uāt/ cursitāt/ obuiāt & capitula frequētāt. Tertio ponūt formicas  
 .i. visitatores acutiores sup vias pauperū vt eos cū aculeo pun  
 gāt & merciamēta emūgāt. Deinde oīa collecta in modū formi  
 carū abradūt/ ne rursus germinēt/ qa de oīb⁹ acq̄sitis nihil potest  
 sciri/ qa nec in vsuz rei publicæ/ & in elemosynas pauperū/ nec  
 in subsidia religiosorū cōuertunt/ ac si oīa ponerent in saccū p̄tu  
 sum. Tādē venit porcus scđ diabol⁹ & eos deuorat & collecta dif  
 pergit. Sed multo peior est mercēnarius p̄latus & rector vaga  
 būdus omni alio mūdano qđ saltē residet in p̄prio loco. Solinus  
 etiā addit qntā cōditionē formicæ scđ qđ a natura data ē ei aqua  
 mordax loco armorū vel veneni quā vulg⁹ (licet falso) vocat vri  
 nā eius/ & illā subito nō sup tāgētes tātū formicas immo sup il  
 los quos formicę calcāt venenose spargūt/ qđ nō modicū carnem  
 vrit. sic nisi fiat oīs volūtas malorū p̄latorū: sentētiā venenosa  
 quasi iniuriosam fulminant/ ita qđ sub manu taliū populus nunqđ  
 cōualescit/ immo tā in tpalibus qđ in spūalibus deficit. Prouer. 30.  
 Formicę .i. malo p̄lato populus infirmus. Nota qđ si formica ha



beret multū de illa aqua: nimis cruciaret hoīes. sic de⁹ limitauit iurisdictionē taliū p̄latorū ne nimis grauarēt populū: & abbrevi-  
 auit aliqñ vitā. ¶ Venenū rectorū cōparat̄ amphibenæ q̄ est ser-  
 pens secūdū Isidorū. lib. 12. habēs duo capita: vnū in principio  
 et alterū in cauda. Vnde. Ply. lib. 8. habet (inqt) amphibena du-  
 plex caput tāq̄ esset parum ei infundere venenū vno ore. & talis  
 est rector vel p̄bēdarius habēs duas ecclesias vel p̄bēdas & vētri-  
 fatiffaciēs. Vñ hic cōtra legē diuinā & naturalē atq̄ canonicam  
 duas habet vxores despōsatas. ideo Bigamus & dānādus est cū  
 Lamech maledictō / q̄ prim⁹ introduxit Bigamiā. Gen. 4. ¶ Est  
 aliud venenū in ecclīa nepotū scz p̄latorū. Hoc cōparat̄ hydræ.  
 Hydras enī vt dicit Isid. lib. 12. est serpēs multorū capitū / & dici-  
 tur q̄ vno capite cæso / tria crescūt. & hoc si sit in se fabulosū: tñ  
 verū est q̄ p vno nepote quē æstimabit̄ p̄lat⁹ habere añ p̄motio-  
 nē / tres nepotes surgūt post cornuū assūptionē ita q̄ tota patria  
 videť eē de sua parētela. Sed qa breues sūt dies eius / cito dissipā-  
 tur & dispgūtur. secūdū illud p̄i. Cōfregisti capita draconis id ē  
 nepotes talis p̄lati: dedisti eū escā populis æthiopū. i. societati  
 tyrannorū spirituū. Est & aliud graue venenū qđ auget oīa vene-  
 na auaritiæ & superbiæ p̄dicta: scz adulatorū & histrionū. cōpa-  
 rat̄ Scorpiōi / q̄ dicit̄ a scrope qđ est blāditię & poieo poieis qđ ē  
 fingere / qa anteriori parte blanditias fingit & in posteriori ferit.  
 Vñ Grego. sup Eze. Palpādo incedit: sed cauda ferit. & secūdum  
 Ply. lib. 11. Semper cauda eius est parata percutere nulloq̄ mo-  
 mēto cessat a lēsiōe si ei deť occasio lēdēdi. sic adulator in p̄sen-  
 tia hoīs facie blanda semp decipit / sed in absentia cauda pcutiē-  
 do semp detrahit. vñ tanto est magis venenosus q̄to magis do-  
 mesticus. qa secūdū Hiero. epistola. 14. Adulator est blādus ini-  
 micus. Vñ dicit̄ in li. q̄ dogma phōrū scribit̄ q̄ falsi amici p̄ cōsi-  
 lio adulationē afferūt / & vana est eorū cōtētio qs blādī⁹ fallat.  
 Ideo dicit̄ in polycraton lib. 3. Adulator oīs virtutis inimicus eo  
 est magis cauēdus / quo sub amātis spē nocere cupit: q̄ comites  
 habet odiū / p̄ditionē / fraudē & notā mēdaci. Sequela vero ser-  
 uitudinis habet excecationē & exterminiū toti⁹ honestatis. Hęc ille  
 Vñ malū est habitare vbi multi tales sunt. qa sicut d̄r Apoca. 9.  
 Cruciatu eorū sunt cruciatu scorpiōis cū pcutit hoīes. Iste cru-  
 ciatus multū regnat in Hibernia cuius gens natiua histrionibus  
 & adulatoribus carmina mellita / sed venenata cōponētibus oīa  
 sua distribuebāt. & ideo veneno vanæ & falsæ laudis semp infla-  
 sionē causat. C. j.



## F. Malachiae Hib.

ti erant. Dicit igitur Alexāder neq̄ lib. de naturis. videt̄ q̄ adula-  
tio est venenū mellitū / aut mel venenatū. Vnde hoies illi nō ad-  
uertētes venenū falsę laudis / sed dulcedinē mellitā falsę adula-  
tionis: super statū propriū semper ferebātur. Quia vt dicit Iuue-  
nalis / nihil ē quod de se credere nō possit: cū laudatur dijs equa  
potestas. Vnde tales semp̄ pcutiūtur illa plaga Aegypti quam  
intulerūt locustę. Exo. 10. Vētus vrens leuauit locustas super totā  
terrā Aegypti & deuastata est herba terræ: & quicquid pomorū  
in arboribus fuit. Grego. lib. 31. Locustę. i. linguę adulatiū plusq̄  
ceterę plagę nocuerūt. quia qcquid viriditatis. i. quicquid meritū  
est in operib⁹ illorū q̄ illis afficiūtur: totaliter eis auferūt. Ad hoc  
nota exēplū Ambro. in hexamerō. de cicada parua bestiola quæ  
in gutture suo mirā format cantilenā & in medio estu qñ scilicet  
arbusa amittūt virorē propter nimiū calorē. Vñ a canēdo dicit̄ /  
quia tunc aerē habet clariorem / & tanto spiritū attrahit puriorē  
nec aliquo calore vincitur: quētiā de nocte cōtinuet / pfundatur  
tamē paruo oleo & statim obmutescit / immo morit̄ q̄a pori clau-  
si nō attrahūt aerem secūdū Ambro. Sic oleū adulationis omnē  
vigorē tollit virtutis. Itē auarus ē similis equo gestatorio / q̄ por-  
tat thesaurū alicuius diuitis & in fine diei & itineris sui pecunia  
sublata ab eo portat̄ in thalamo / equus vero in stabulū ducitur /  
cum fracto dorso & pede claudo & costis excoriatis. Sic auarus  
post multa pōdera metalli & graues curas sęculi & multa pericu-  
la corpis sui spoliatis bonis oibus & graui tormēto afflictus dam-  
nū portabit ppetuę paupertatis. Isa. 13. Onus iumentorū austri.  
Iumēta Austri sunt auari: qui portant pondera sęculi: a peccatis  
onusti / & portant gibbis camelorū. i. in cruciatibus temporalium.  
Itē auarus similis est canī veteri / qui decubās sup firmariū & non  
patitur sine latratu asportari vnū pugillū / & tamē nō finitur vt  
nec potest. Tales sūt qui pecunijs incūbūt / oculis & baculis de-  
fendūt / nec ad alicuius vtilitatē cedere pmittūt. Abacuch. 3. Tur-  
babuntur pelles terrę Madian. Item auarus similis est stulto qui  
habens nouos sotulares abscondit eos in sinu suo / & incedēs p  
aspera loca cum grauiter pedem læsisset / gaudebat q̄ sotulares  
essent illęsi. Sic auarus omni læsioni se exponit animæ & corpo-  
ris / vt res suas conseruet illęsas / non formidat terrę lōga itinera  
nec maris picula / nec corporis supplicia / & inter hæc nihil aliud  
efficitur auarus / nisi bursa principū / cellariū latronum / rixa po-  
tentium. Hęc Gregorius. Item apis non sibi mellificat sed alijs.  
**Sic omnes auari nō sibi sed alijs. Vñ Ambrosius. Res nostræ nō**



sunt quas nobiscum ferre non possumus. Sola misericordia comes est defuncti. ¶ Nota q̄ valde stultus esset qui naufragium patiens deberet mergi sed adhereret sacco auri vel argenti: qui vi traheret eum ad profundum/ & non magis arriperet tabulam vel remum quibus supernataret: sed auarus potest dicere illud Terentio. 3. Inundauerunt aquæ super caput meum &c. Item auarus similis est molendinario qui obstruit currentes aquas donec superfluant ripas alvei: & tamē apertis alueis suis fluunt aquæ cū impetu/ cum eas ultra prohibere nō potest. Aquæ sūt temporalia/ quæ diu retineri nō possunt. quia aut distribuuntur aut auferuntur aut in se ipsis putrescunt & deficiunt: aut ipse possessor morte præoccupatur/ & tunc ostium ianue aperitur & ab inimicis omnia diripiunt & fluunt ab ipso: sicut torrens raptim transit in conualibus. Job. 2. Item auarus similis est perdici qui furatur oua alterius perdicis: & cum produxerit ex eis pullos: illi audiētes propriam matrem currunt ad illam/ & dimittunt nutricem suam. Propria mater diuitiarum est mundus: nutrix vero earum est auarus: qui furtiue & curiosus incubit super illas: sed in fine clamabit earum mater id est mundus & aduocabit ad se omnia usque ad nouissimum quadrantem. Hierem. 17. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias/ & non in iudicio id est non discernit quomodo acquirat dummodo habeat. Item auarus stultus est nuncius qui propter trium dierum vel duorum expensas secum defert decem annorum cū possit corpe grauari & a latronibus spoliari. Talis est auarus qui vix habet duos vel tres dies ad vitam: & tamen non cessat cumulare pecuniam. Ideo Sene. Auarus similis est mostro. quomodo restat via: tantomagis viaticum querit. ¶ Rex quidam gentilis & potens ac diues valde: cū sentiret mortem fecit deferri in lincea per ciuitatem panum vilem/ in quo erat sepeliendus/ & voce preconiis fecit clamare. Hoc ciliicum est de omnibus bonis meis: & de omni gloria sua defert secum rex moriturus: quantum ad hoc fuit sapiens in nouissimo suo. Item Socrates veniens ad Athenas secum detulit pondus auri/ quod submersit dicens: submergam te ne submergar a te. Item data erat cuidam heremite pecunia quam abscondebat apud caput lecti. de nocte vero venerunt pedones ut sibi pecuniam auferret: hoc videns heremita protecit eis pecuniam dicens. accipite tremorem capitis mei. ¶ Canis sequitur duos homines sed cuius sit canis donec separentur ignoratur. sed cum vterque vadit viam suam/ tunc patet cuius sit canis quia ipsum sequitur cuius est. A simili de diuitijs. Diuitiæ enim non sunt hominis: sed



mundi : sed non apparet in præfenti donec homo viam vniuerfę carnis ingrediatur. Sed tunc bene patet q̄ mundi sunt: quia tunc mundo remanent & hominem non fequuntur. Vnde Beda fuper Lucam. Non funt bona hominis quę fecum ferri nõ poffut. Sola mifericordia &c. vt fupra. Vñ qdã verfificator. Ludę fortunę variať imagine lunę. Crescit decrefcit in eodẽ fiftere ne fcit. Itẽ verfus. Cui fatis ẽ qđ habet fatis illũ cõftat habere. Cui nihil ẽ qđ habet fatis illum cõftat egere. Ergo facit virtus non copia fufficiẽtẽ. Et nõ paup̄tas fed mētis hiatę egẽtẽ. Et fic patet de veneno auaritię.

De remedijs auaritię. Cap. XII.

**R**emediũ in tyriaca auaritię ẽ reftitutio de oĩb9 male acq̄fitis p̄ p̄das / furta / vfuras. Et fi q̄ras de quãtitate reftitutionis: breuẽ regulã trado / q̄ fi aliq̄s talis plus de alieno recepit q̄ in bonis poffidet: totũ qđ habet redat / nihil ſibi retinẽs niſi añonã illius diei naturalis p̄ ſe & ſuis liberis / aliõqn de veneno viuit & mortẽ ſibi cõtinue p̄pinat. nec ẽ remediũ qđiũ remanet venenũ / ne p̄ elemofynarũ largitionem vel aliquã hõfpitalitatem credãt ſaluari. Meliores enĩ funt p̄dones q̄ impartiuñt indigentibus de p̄dis: q̄ illi q̄ ſibi ſolis oĩa retinẽt. Nã inſtinctus hoc docet aues rapaces. Sicut narrat Plyn. de aq̄la q̄ niſi fame atterãt / ſola nõ comedit ſuã p̄dã ſed auib9 infequẽtib9 ſe illã in cõmuni exponit / portione tñ ſua pri9 recepta. ſed qñ ſibi p̄da nõ ſufficit: tãq̄ rex de republica viuẽs auẽ ſibi proximã arripit & in medio eã ponit. Vñ p̄pter hoc multę aues fequũt eã. Et credo q̄ hęc liberalitas licet de aliena ſubſtãtia / mltos diſponit ad grã: in Hibernia vbi fures & p̄dones conſueuerũt de reb9 alienis eſſe hõfpitales. Rex enĩ oĩm malorũ ẽ tenax p̄do. de hijs aut q̄ acq̄rit auar9 mũdan9 anxio ſtudio / tñ ſine actu i lege p̄hibito: debet fieri diſtributio paup̄ib9 p̄ elemofynas. dicit enĩ Dyofcorides q̄ tela araneę licet ſit de viſcerib9 venenofis: tñ qñ inueniť mũda / & ſine puluerib9: ſanguinẽ reſtrĩgit a vulnere: p̄hibet fieri ſaniẽ & ſanat plagã recẽtẽ ac cohibet fieri flatura. Tela hęc ẽ ſolicitudo auari / circa ſubſtãtiã tẽporalẽ: q̄ ſi cõuerſa fuerit in debitã elemofynã / ſanat vulnera mētis / cohibet inflaturã elatiõis / q̄a iniq̄tas bñ diſpẽſata cõuertit in iuſtitiã. & intellige de acq̄ſitis / ſine actu in lege p̄hibito. ¶ Nota tñ ſcđm Tulli. lib. de diuinatiõẽ. q̄ duo ſũt gñã largorũ. Quidã q̄ in epulis & ſpectaculis ſuas p̄fũdũt in eas res quarũ memoria nõ habet. Alij q̄ ſuis facultatib9 aut captos a p̄donib9 redimũt / aut es alienũ ſu-



scipiūt amicorū causa: aut filios collocāt honestate: aut opitulāt in republica augēda. Pri merent potius cōfusiōnē q̄ laudē. q̄a secundū Ambro. li. de offi. Nō ē largitas si qd̄ alteri cū impēdis / alteri extorq̄as: vel dare qd̄ liceat vt sit iactatiō causa / magis q̄ misericordiæ. Secunda perfecta est vbi silētium opus tegit & necessitatibus singulorum occulte subuenitur / quam laudat os pauperis non laus propria. ¶ Exemplum narratur q̄ in Hibernia erat quidam diues & hospitalis & largus valde. hic ad mortem propinquans adiuratus fuit ab amico suo vt sibi reuelaret statū suū. At ille post magnum tempus apparuit amico suo / qui requisitus de statu / respōdit q̄ damnatus fuit. Et amicus vbi inquit sunt elemosynę tuę mīræ. pupilli & orphani quos nutriti. At ille omnia inquit propter gloriam mundi & extollentiā iactatiō feci: et ideo totum perdidit. ¶ Aliud remedium est q̄ sphalāgia vna si ostēdatur percusso & intoxicato a simili aranea in specie / cito curatur: & ad hoc reseruantur tales araneæ cum mortuę inueniuntur tales. Sic qui recte respicit diuitem auarum mortuum nihil secum nisi peccata deferētem / & amicos & inimicos eius omnia eius bona distrahentes: habet remedium contra auaritiā. ¶ Tertium remedium est quod valet contra morsum omnium aranearum scilicet coagulatum agni cum vino potatum. Hic ē dolor & paupertas agni immaculati in cruce nudi pēdentis qui cum vino cōpunctiōnis sanat vulnera mentis auarę &c. ¶ Quartum remedium est q̄ muscæ contritæ & positę super morsum extrahunt venenum & mitigant dolorem: sic desideria auari & studia anxia nisi fuerit mortificata nūq̄ sedat auaritia. Remedia prædicta extrahuntur a Ply. 19. ¶ Remediū cōtra venenum draconis est secundum Ply. 28. adeps proprius / qui secundum Philosophū siue ipsum Ply. fugat oīa venena: quia substantia mercatoris quæ est sui cordis adeps / in elemosynam cōuersa mūdatur delicta. Sapiē. 4. Peccata tua elemosynis redime. Item dicit Solinus q̄ si auferatur fel & lingua q̄ sūt receptacula veneni a dracone: caro eius potest comedi & sanguis eius est remedium contra æstum. Sic enim comedunt eam Aethiopes. ps. Dedisti eam escam &c. Tollantur ergo fraudulentia & mendacia a mercatoribus: & substantia eorum erit tuta & negociatio toleranda. ¶ Remedium contra pluralitatem beneficiorum est nullum / nisi resignatio & de receptis satisfactio / quia omnia fiunt illicita. Nota q̄ nemo euadit venenum amphibenæ & hydræ q̄ diu remanet.



nent eius capita. ¶ Remedium contra venenum scorpionis quod  
 nunc multum inficit / est valde necessarium & memoria dignum.  
 Primum contra adulationem est quod sit veritas & soliditas in ope.  
 Vnde dicit Isidorus lib. 12. quod scorpio nunquam in palma manus fe-  
 rit nec ledit. Vnde nota quod ubi opus est solidum quod significa-  
 tur per manus / non timetur scorpio scilicet venenum detractio-  
 nis & adulationis. ¶ Secundum remedium immunitas carnalita-  
 tis. Vnde dicit Plyn. ubi supra. Nullum animal laedit scorpio ca-  
 rens sanguine id est carnalitate. ¶ Tertium est rigor correptionis.  
 Vnde summum remedium contra morsum scorpionis est oleum  
 in quo ille vermis submergitur & putrescit. Hoc oleum secundum  
 Augustinum super illud psalmi. Oleum peccatoris non impinguet ca-  
 put meum. Falsa laus adulatoris et simulata dilectio quae mentes  
 a rigore veritatis emollit ad noxia. quando ergo adulatio perci-  
 pitur et adulator vilipenditur et redarguitur: in oleo proprio sub-  
 mergitur et moritur quod confunditur / secundum illud Prouer. 4.  
 Remoue a te os prauum. Item remedium cicadae est quod perfun-  
 datur aceto / quod aperit poros. Nota correptionem per aceti acri-  
 moniam. ¶ Quartum remedium est seueritas punitionis: nam  
 scorpio occisus et piscatus si ad proprium vulnus quod infert ap-  
 ponatur / reuertitur venenum infixum ad corpus vnde exiit / et  
 hoc est proprium huius pestis. Sic iusti et veraces principes so-  
 lebant facere puniendo adultores inferendo eis vulnus quod alijs  
 inferre tentabant. Nota de hoc qualiter Alexander magnus pu-  
 niuit Permenionem adulatorem suum supra ca. de inuidia. ¶ Est  
 et quintum remedium contra adularores et detractores quod ex-  
 hibetur beneficio naturae scilicet utilitas mortis. Refert enim  
 Plynus ubi supra quod scorpio parit undecim foetus quos quan-  
 doque occidit et deuorat: sed vnus qui magis est sollers scandit su-  
 pra dorsum matris / vbi tutus a cauda et a morsu eius residet.  
 hic matrem interficit et fraternae cedis ultor existit. Et hoc prou-  
 de fecit natura ne venenata progenies nimis propagetur. Haec  
 ille Plyn. Sic estimo quod deus in terra ubi adularores / detractores /  
 et praedones multiplicantur permittit fratricidia / prodiciones et  
 quasi infinita homicidia fieri: vt mala radix extirpetur.



## De veneno Gulæ. CAP. XIII.



**V**enenum gulæ propinatum est proprie per serpentē qui est animal carnale & gulosū / quod euidenter ostēdunt duo. Primum est status corporis ipsius. habet enim corpus humidū & viscosum: & vbiq̄ repit / terram inficit. Secundum est modus in incedendo. quia toto nisu corporis & toto ventre serpens repit. Sic homo carnalis toto vētre tāgit terram et canalitatem / secundum illud Psalmi. Adhæsit in terra vēter noster &c. Nota ergo secundum Grego. lib. 30. Morali. q̄ quinq̄ modis peccatur per gulam. Primo quando tēpus comedendi præuenitur. Sicut fecit Ionathas. j. Reg. 14. Ad hoc serpens duxit Euam vt naturę præueniret appetitum: & viri sui non expectaret confortium / vel consilium / sed sola comederet fructum vetitum / & per hoc intrauit mors in mundum. Hoc ergo peccatum est mane ientantium / qui præueniunt & tempus & appetitum: vel prius vadunt ad tabernam q̄ ad ecclesiam. Et non est dubium quin imitētur transgressionem primā. Grego. vbi supra. Mortis quippe sententiā ore patris Ionathas meruit / quia in gustu mellis cōstitutū edendi tempus antecessit.

**¶**Secundo peccatur quando cibi delectationes quæruntur. Sic filij israel Numeri. 11. esu carnum flagrabant. Et hoc est serpentinū. Dicit enim Auicē lib. 2. & philosophus lib. 7. de Animalibus / q̄ serpens comedit libenter carnes & fugit humiditatem sicut aranea muscam. Hic serpens inuadit claustrales / qui flagrant esu carnum / non aduertentes q̄ hæc dieta non conueniebat statui paradisi nec trāsitui filiorum israel per viam deserti. Et quia irrationabiliter estuabant: cū esce eorū erant in ore ipsorum / ira dei descendit super eos.

**¶**Tertio peccatur cibos præparatos acrius expetendo sicut fecerunt filij Heli. Primi Reg. 2. & hoc est proprium serpentis. quia dicit philosophus lib. 7. de Animalibus / q̄ serpens diligit lac valde & sequitur odorē eius. ita q̄ si intrauit ventrem alicuius: odore lactis extrahitur. Sic carnalis & gulosus sequitur dulcedinem carnalitatē / propter quam aliquando infert mortem / & mors ei infertur. Sicut dicit Isido. lib. 12. q̄ beas serpens magnę quantitatis in Italia persequitur greges vaccarum / & fugit earum ybera: & fugēdo inficit & occidit animalia. Sic faciunt moderni prædones & tamen inde sumunt aliquando mortem propriam: & merito / quia multi eorum se vendunt propter cibum. Nec tamen capiunt exem-

C.iiij.



plum a consimili morte aliorum. Quocirca narratur in Apologia Aesopi. Quod quidam serpens habitans in quadam cauerna petijt a quodam agricola vt cotidie portaret sibi parum de lacte: & ipsum ditaret. Quod cum fecisset multiplicata est ei proles & possessio & habundauit in omnibus bonis. Sed ad instinctum vxoris portauit malleum. & quando serpens vt solitus erat caput extendit vt lac lamberet de lapide consueto: rusticus percussit gradum ictu ad caput serpentis: sed serpens caput retraxit & mallei ictum lapis suscepit. Credidit enim thesaurum habere in cauerna serpentis / qui eum sic ditauit. sed perditione facta plene et omnia bona amisit. Iterato vxoris consilio poenitens adiuuit ostium cauerne serpentis vt iniret pacem cum eo et ei seruiret sicut prius. Cui respondit. Modo video quod tu es stultus / quia non posset esse quin ictus ille mallei quem lapis suscepit loco capitis mei mihi veniret ad memoriam / tibi etiam occurreret qualiter occidi prolem tuam / et subtraxi possessionem. et sic nulla pax stare posset. Haec ergo fabula ostendit eos fatuos / qui post homicidia / furta / incendia et damna / confidunt in pace falsa. De hac fabula et consimilibus dicit Augusti. lib. de Mendacio. quod faciunt veritatem pro re signata / et ideo sunt multum praedicabiles. ¶ Quarto peccatur quando obiecta cibaria cum maiori auaritia desiderantur. Sicut Esau propter edulium lentis primogenituram amisit. Gen. 25. Et hoc est opus serpentinum / quod secundum Ply. lib. 8. serpentes quando in cauernis latitant lingunt puluerem et sugunt terrae humiditatem. Nihilominus tamen qualitercumque viliter et parum comedunt / retinent semper venenum. Sic est de multis pauperibus qui propter paupertatem victus et cibi putant saluari. Sed quia retinent venenum peccati et magis aliquando in auaritate sumendi peccant quam diuites / poenitentur decipiuntur. Grego. Mora. 3. Non cibus sed appetitus est in vitio: quia lautiores cibos plerumque sine culpa sumunt / et abiectiores cum reatu conscientiae degustant. Nam Esau primatum per lenticulam perdidit. Et Helyas in heremo virtutem corporis carnes edendo seruauit. Hinc est quod antiquus hostis primum hominem non carne sed pomo subdidit et secundum non carne sed pane tentauit. Viciu ergo gulae aliquando committitur: etiam cum abiecta et vilia sumuntur. ¶ Quinto peccatur in quantitate: scilicet mensuram refectionis excedendo. et hoc est pessimum venenum quod prouocauit Sodome peccatum. Eze. 26. habundantia panis et ocium etc. Excedere ergo in cibo vel voraciter come-



dere est opus serpentinum / de quo dicit Auicena . q̄ transglutit  
oua auium & pullos viuos . & reducens ad posteriora expellit  
ea / nec permittit q̄ morentur in ventre . sic gulofus tantum fu-  
mit q̄ digerere nequit / & ideo nunq̄ mente vel corpore est sa-  
nus . Ecclesiastici . 24 . In multis escis erit infirmitas . Quocir-  
ca Aristoteles monuit Alexādrum vt cibum non caperet quouf  
q̄ alium digereret . Sed gulofus est sicut sanguifuga vermis /  
qui secundum Isido . lib . 12 . est vermis oblongus & niger / ma-  
culis rubeis distinctus / habetq̄ os triangulum & more fistulan-  
tum sanguinem fugit . & cum nimio cruore venter repletus fue-  
rit : euomit quod hausit / vt recentiore fugat . prouer . 3 . San-  
guifugæ sunt duæ filiæ quæ dicunt semper affer affer . & bis di-  
cit / propter excessum gulofi tam in cibo q̄ in potu . Opus enim  
serpentinum est excedere in potu sicut in cibo . quia dicit philo-  
sophus lib . 7 . de animalibus q̄ serpentes multum diligunt vi-  
num : & ideo homines venātur & capiunt eos cum vino . Sic gu-  
lofus capitur a diabolo per vinum : immo eis graue venenum  
refundit in vinum . Prouer . 14 . Ingreditur blande & sicut regu-  
lus venenum refundit . ¶ Et nota q̄ docet Cōstantinus per ef-  
fectum cognoscere venenum materiale cibi & potus : dicens q̄  
quando apparet signum veneni in digitis & vnguibus ex fer-  
uositatibus cordis & saliuæ effluit & in lingua ardor fuerit & ocu-  
li obtenebrauerint : certum est q̄ venenum præualuit circa inte-  
riora / ex quo sic se diffundit circa extrema . Hæc ille . Sic potest  
cognosci venenum spirituale quod ad oculum videmus / secun-  
dum Senec . quia ex gula & ebrietate incerti fiunt labentium  
pedes . suffoduntur oculi . præpeditur ex toto lingua . quod ac-  
cidit ei secundum Galenum super Aphorif . quando cerebrum  
nimio humore perfunditur & ipsa lingua ex nimia humiditate  
exterius nequit se dilaniare . Et quia latera eius non possunt di-  
laniari nec extendi : ideo impeditur / & fit balbutiēs in ebriosis .  
Quia secundum Senec . animus non est in sua potestate : quan-  
do est ebrietate detentus . Et tunc omne vicium ebrietas inten-  
dit & detegit obstantem malis conatibus verecundiam ipsam  
remouet . Hæc ille . Væ ergo illi qui videt in se frequenter hæc si-  
gna exteriora veneni interioris / & non adhibet remedia . quia  
secundum Grego . lib . 31 . Mora . Nullus palmam certaminis ap-  
prehendit / nisi qui prius gulam deuicerit .



**R**emediū cōtra viciū gulæ & venenum/ est abstinentia. Quod patet. quia secundum Ply. & philosophū. lib. 7. de animalibus. Sputum hominis ieiuni est venenum serpenti. Non tantum ergo a veneno & morfu diabolico curatur homo per abstinentiam. Matth. 9. hoc genus demoniorū nō eiicitur nisi in oratione & ieiunio. immo serpens ipse per abstinentiā nouatur secūdū Ply. & Aristo. & Auicē. Nā pellem deponit primo vsq; ad oculos per abstinentiam/ deinde vsq; ad collū/ & postea per totū corpus : quousq; pellis deponat. Hoc etiā tāgit glosa super illud Matth. Estote prudentes &c. Et Aug. lib. 2. de doctrina. Christiana. Mod⁹ tamē deponendi valde mirabilis traditur/ & hoc sic a physiologo. Cū (inquit) serpens sentit se grauatū vel infirmū morbo vel senio : Primo diebus pluribus abstinet se a cibo/ vt sic pellis eius a carne laxetur. Secundo gustata herba amara prouocatur ad vomitū : & eiicit humorē virulētum qui fuit causa suę infirmitatis & defectus. Tertio vt cutem rigidā temperet & mollificet in aqua se balneat & humectat. & sic rimā petrę alicuius ā gustā intrat : & cum violētia trāsiens/ ab exuua. i. sua pelle se denudat. Quarto soli expositus se desiccet/ & in carnis superficie nouā tunicam recuperat : & tūc sūptis virib⁹ clarib⁹ videt/ repit fortib⁹/ & comedit auidius q̄ prius. Si ergo instinctus nature docet serpentem sic renouare statum : quare rationalis creatura non respicit exemplariter quatuor gradus quibus innouatur vita venenata per gulā? Qui sunt hi. scilicet cibi subtractio/ peccati vomit⁹ & delectatio scilicet per cōtritionē & cōfessionē. Generale enī remediū cōtra venenū in cibis sumptū est vomitus : sic venenū spūale vomit per cōfessionē. Grego. de vlceribus Lazari. Quid est inquit peccatoris confessio : nisi quedā vlcerū ruptio : Quia peccati virus salubriter aperitur in cōfessione quod pestifere latebat in mēte. Tertiū est veteris cōsuetudinis siue hominis depositio. Quartum ad solem iustitię plena conuersio. Adde hic singula singulis factis serpentis quę supra numerantur &c.

## De Veneno Luxurię.

## CAP. XV.

**V**enenū luxurię congrue fuit propinatum per serpentem animal scilicet lubricum & ita libidinosum. secundum Aristo. lib. 5. q̄ serpētes in coitu sic se inuoluūt/ vt duo videantur esse vnus serpens / & duo capita.



& ideo quicquid primi parentes annuerunt serpenti / carnis senserunt pruritus & libidinem, unde coitus ratione libidinis est opus serpentinum. Notandum tamen quod inter cæteras species serpentis proprie comparatur viperæ propter proprietates hincinde conformes. Primo quia vipera habet modum generandi simile. Est enim quoddam genus viperæ quod dicitur tyris cuius venenum est irremediabile / quia secundum philosophum lib. 3. de Animalibus. Animalia generat interius: cæteri autem serpentes ova producant extra se / & ex illis producunt animalia. Et signat proprie moechiam cordis. Matth. 5. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam: iam moehatus est eam in corde suo. Et propter consimilem causam Mochia cordis dicitur aspidis quod dicitur hypnalis cuius venenum occidit in sompno. Sicut dictum est supra. cap. de Invidia. Sic latens aliquando libido in corde etsi nunquam compleatur in opere inducit tamen mortem anime. Iob. 20. dicitur de peccato solum in cogitatione. Caput aspidis fugit. Grego. ibidem. Initium peccati mortalis est in cogitatione. Male ergo dicunt illi / qui negant sola operatione interiori peccatum mortale committi: cum contrarium diceret filius dei. & textus euangelij. Nec membra peccant exteriora nisi quia peccat ipsa anima. Unde Seneca. Nihil oculis carnis peccat si non oculus animi imperat. ¶ Secundo confirmiter propter libidinem consimilem, dicit enim Isidorus. lib. 12. quod vipera inter omnia genera serpentium est libidinosior. quia masculus ore inserto cum in os viperæ seminem expuit: illa ex voluptate libidinis in rabiem versa caput maris præscindit. Sed cum foemine veter ad partum intumuerit: catuli tempus nature præuenientes latera eius corrodunt / & sic cum matris interitu exeunt / & inde dicitur vipera / quasi vi paries: & tunc in tali partu uterque parens perit. Masculus dum coit: & foemina dum parit. In hunc modum tanta libido in actu luxurie est: quod venenum eius non tantum unum occidit sicut cætera venena faciunt / sed etiam simul multos. Unde intensius hæc libido est maxima. Est enim mentis extenuatiua. Unde Chrysostomus super Matth. Omelia. 44. Nihil ita rescidit / suffodit / & corrumpit mentem sicut luxuria. Nec mirum. qui secundum Augustinum contra Iulianum. lib. 4. ut motus luxuriæ est maximus: ita immundissimus / cui totus animus & corpus simul impenduntur. sicut dicit Glossa super illud primæ. Corinth. 6. Qui fornicatur / in corpus suum peccat. Ibi dicitur / quod animus in hoc facto absorbetur a corpore. ¶ Tertio conformantur propter consimilem vexationem. Libido enim vexat viperam. Sicut dicit Ambrosius in



hexameron: q̄ genus nequissimum serpentum est vipera. ex libidine  
 coeundi / murenæ requirit consortium siue copulam: & tunc  
 progrediens ad ripam fluminis sibilo illam vocat / illa vero sta-  
 tim adest. At vipera reiecto veneno in terram / cum illa coit. quo  
 completo resumit venenum / & redit. Et ratio huius habetur ab  
 Isidoro libro. 12. c. 6. q̄ murena est tantum foemina siue foemine  
 us sexus: & non habet masculum nisi in genere serpentis de quo  
 concipit. Idem dicit Philosophus libro. 2. Vnde secundum ip-  
 sum non coit piscis cum pisce alterius generis. Vnde probatur  
 q̄ sunt eiusdem generis. Similiter fornicarius vexatur spiritu  
 nequissimo / qui dicitur stimulus carnis. secunde Corinthiorū. 12  
 Qui non permittit hominem stare intra metas sui voti vel ma-  
 trimonij / immo facit eum delectari in actu adulterij. ¶ Nota er-  
 go qđ dicit Ambrosius q̄ vipera nō deponit venenum ad com-  
 parem proprium sed ad murenā. Quia adulteri mariti magis  
 sunt venenati ad adulteras q̄ ad pprias cōiuges. Spiritus enim  
 neq̄ qui eos vexat facit eos magis delectari in adulteris q̄bus sūt  
 largiores & blandiores q̄ vxoribus proprijs. Nota q̄ munera nō  
 exit sibilire super viperam sed conuerso / quia res monstruosa est  
 & contra instinctum naturæ q̄ sexus foemineus cursitet ad attra-  
 hēdū viros ad luxuriā. Sicut narrat physiologus de sirena / quę  
 est mōstrū marinū similis pisci in vna pte / & ī alia pte mulieri /  
 & cogit nautas p̄ dulcedine cāt̄ sui dormire & tūc ducit vnū ex  
 eis ad locū ppriū / quē cogit ad coitū: & si negat / ipsū occidit &  
 deuorat. Tales sunt mōstruose meretrices: et viduę quædā defun-  
 ctis maritis veneno diabolico agitate / quæ circuiendo terras co-  
 gunt viros ad peccādū. Tamen nota dictum Isido. de murena  
 q̄ tātū est foeminei sexus / nō habere veritatem in Hibernia vbi  
 murena est in vtroq; sexu. Qui cū sequūt illam opinionē / di-  
 cunt q̄ vno mense anni nulla murena posset inueniri in Hiber-  
 nia: eo q̄ oportet eas adire viperas vltra mare ad concipien-  
 dum: sed hoc est falsum. Illud ergo intelligatur dictum spiritua-  
 liter / quia adulterium multum ibi regnat / & q̄ est contra natu-  
 ram murenæ id est viduę / cursitare per terras ad prouocandum  
 viros ad peccandum. Et valde mirabile est q̄ in dicta insula cū  
 sit frigida & humida & dieta eius vt in pluries sit frigida: vñ ho-  
 mines eius sunt fornicarij & adulteri / ita q̄ nec sententia excō-  
 municationis nec verba prædicationis possunt ligare eos vincu-  
 lis matrimonij. Dicatur ergo q̄ tales sunt satyri qui secundum



Isidorum libro .ii. sūt homines syluestres / qui nec arte nec natura sunt dociles . In voce tamen homines imitantur . Et dicuntur satyri quia libidine non possunt satiari . Vnde mulieres inficiunt coitu / quas inueniunt in syluis . hæc ille . Similiter tales sunt & rationabiles in verbis quando repræhenduntur . Sed in excusatione libidinis excedūt vsū rationis . vnde potius dicuntur canes q̄ homines . Qui secundum philosophum lib. 7 de Anima libus . Coitu vtuntur dum viuūt canes : sed nō discernūt aliquē gradum naturæ . Et ideo secundū legem deuter. 32. equali immunditię subiacent meretrices & canes : quia de precio canis & meretriculę prostitutę quæ omni libidini seruit non licebat inferre in domo dei . ¶ Quarto conformatur propter consimilē corruptionem . Nullum enim venenum est tantę corruptionis sicut viperę . Dicit enim philosophus lib. 8. Animal. q̄ tyris quæ est quædam vipera / cum aliquod membrum mordet / statim omnia putrescunt / in circuitu eius . Sic peccatum luxurię magis inficit & corrumpit & fetere facit q̄ aliquod aliud / & hoc intensiue sicut dictum est supra : & extensiue / quia luxuria est eneruatio seminaliū corporis siue sensuū . philosophus in Ethic. Cōcupiscētię veneno corpus transmutant & quasdā insanias faciūt . Vnde secundum Greg. lib. 22. Mora . Qui voluntati succumbūt / non homines sed iumenta nuncupantur . Et hoc est quod dicit Arist. in Epistola ad Alexan. Coitus est proprietas porcorum / a quo si caueris : grandis erit tibi gloria / si exerceras : bestiarum imitator eris . Sequitur . Crede (inquit) mihi indubitanter / q̄ coitus est destructio corporis / abbreviatio vitæ / corruptio virtutum / legis transgressio / & mores generat foemineos . hæc ibi . Est etiam foeditio famæ & nominis . Vnde Valerius libro 9. cap. 1. de Gula & luxuria . Quid his vicijs foedius ? quid damnosius ? quibus virtus atteritur / victoriæ languescunt / sopita gloria in infamiã conuertitur / animiq; & corporis vires expugnantur : adeo vt nescias an ab hostibus vel ab illis capi perniciosius . hæc ibi . Vnde Bernar. epi. 34 . Amor mulieris eneruauit potētiam Sampsonis / infatuauit sapientiã Solomonis / foedauit sanctimoniã David regis . Et quia in hoc vitio fama Christiani nominis exterminat̄ solus notorius fornicator vel adulter inter criminosos par est excommunicatis . ideo primæ ad Corinth. 5 . cum huiusmodi nec cibum sumere licet . quod secundum Aug. lib. de Pœnitentia exponitur sic . Quod quando constat de notorio eius peccato vel

D. i.



confitetur ore proprio / cōuenitur / ac conuincitur in iudicio : cō-  
 municare tunc non licet Christiano cum ipso. Vnde male fame  
 sunt religiosi qui cōmunicant cum talibus. Exterminatio est etiā  
 temporalis substantiæ / quia secundum philosophum simul pru-  
 dentem & continentem nō conuenit esse eundem. Regna & im-  
 peria exterminata sunt / & ad alienos translata / per istud viciū.  
 Sicut narrat Orosius de Sardanapallo vltimo rege Babylonie  
 qui ita libidinosus & effeminatus fuit / q̄ inter scortorum greges  
 viuebat & collo purpuram tractabat. de quo dicit Aug. lib. 2. de  
 ci. Dei. q̄ scribi fecit in sepulchro suo q̄ soli libidini se mortuum  
 reputabat. Inde tantum ergo demeruit corā deo vt imperium  
 Babylonie (quod secundum Orosium durauit. 164. annis) ex-  
 terminatum fuisset / & translātū ad Mædos. Nam Arabatus præ-  
 fectus seuus princeps Mædorum ex casu videns regē effœmi-  
 nate viuere inter mulieres ipsum occidit & urbē spoliauit & de-  
 inde imperium fuit trnslatum ad Mædos. Vnde libido ista gra-  
 uiter punita fuit. Similiter regnum Hibernie finē habuit in Ro-  
dico rege libidinoso qui dixit / q̄ sex vxores non dimitteret pro-  
pter regis coronam / & ideo regnum translatum est . Vere enim  
regnum de gente in gentem propter peccatum transfertur. Ec-  
cli. 10 . Et nota q̄ ecclesia hodie potest comparari domui Sar-  
danapalli. quia greges scortorum commisti sunt gregibus sacer-  
dotum / quorum luxuria multo excedit incontinentiam Laico-  
rum. imo exēplo vitę polluūt quicquod sanctitatis est in alijs.  
 Sopho. 4. Sacerdotes eius polluerunt sanctum. Vnde Hierony-  
 mus epi. cap. 30. In te oculi omnium diriguntur / domus tuę cō-  
 uersatio quasi spicula sunt constituta / magister es publicę disci-  
 plinę / & quicquid feceris hoc sibi omnes faciendum putant. hec  
 ille.

## De Remediis Luxuriæ.

## CAP. XVI.



Remedium & tyriaca luxurię est cōtinentia / cuius cau-  
 sa est multiplex. Causa eius effectiua est sola dei gra-  
 tia Sapientiæ 8. Scio q̄ non possum esse continens ni-  
 si deus dederit. Vnde sancto Paulo stimulum carnis  
 patienti responsum est : sufficit tibi gratia mea. 2. Corinth. 12.  
 More ergo piscis homo debet aperire os cordis ad rorem gratię  
 cœlestis : qui vult continere. Vnde Sorath. in lib. 8. de Animali.



dicit q̄ pisces Elith per noctem egrediuntur aquam / & in terra  
 ex solo rore matutino concipiunt / & pariunt . Nota q̄ hæc aqua  
 concupiscentia est eneruans animam . Iob. 23 . Lapidem exca-  
 uant aquæ . Vnde has aquas oportet egredi / qui vult esse lapis  
 solidus & durus per continentiam . Vnde narrat Ply. lib. 29. q̄ vi-  
 pera lapidem quendam deglutit / qui si de ventre eius extraha-  
 tur est optimum remedium contra venenum . Sic aliquando est  
 optimus lapis & solidus per gratiam effectus : qui aliquando  
 subuersus fuit in aquis libidinis . Exemplum de Magdalena &  
 multis alijs . ¶ Remedium ergo effectiuū continentie est sola  
 gratia . ¶ Remedia continentie conseruatiua sunt multa . Pri-  
 mum est conuersatio bonorum . Narrat enim Hieronymus su-  
 per Isa. lib. vltimo. q̄ Aquila inter pullos contra venenum ser-  
 pentis ponit lapidē qui est Ametistus / cuius virtus est tempe-  
 rare calores venenosos / & resistere ebrietati . Sic societas sancta  
 & vita religiosorum temperat arsuram libidinis in alio . Ideo di-  
 citur Eccī. 37 . Cum viro sancto assiduus esto . ¶ Secundum re-  
 medium est meditatio bona . Vnde in libro de simplici medicina  
 dicitur q̄ caro tyri mortui posita super locum intoxicatum a vi-  
 pera / subtilitate suæ substātie & pprietate occulta extrahit ad se  
 ipsum venenum . Sic libido luxuriæ / intellectæ per viperam  
 sicut dictum est curatur & extinguitur : si carnis vilitas medite-  
 tur quo ad triplicem differentiam suæ mortis . Vnde si conside-  
 retur caro in se mortalis & vilis & de mortali genita & pabulū  
 mortis / mox futura / extinguitur libido in meditante . Vnde nar-  
 ratur de sancta Columba filia regis Scotiæ puella nimis pul-  
 chra : vt magis in rege incitaretur libido / fuit coram ipso tota  
 denudata / qui stanti ad hanc triplicem meditationem recurrit  
 dicens . Pulchra es : sed mortalis & de mortali genita . & ad  
 mortem parata . ideo deum qui est vita mea / propter eam non  
 dimittā . ¶ Tertium remedium est fuga triplicis consortij mu-  
 lieris scilicet in cohabitatione . primę Corinth. 6 . Fugite fornica-  
 tionem . Glo. Ambro. Cum alijs vitijs potest expectari confli-  
 ctus : sed hanc ne approximatis . quia non aliter melius potest  
 vinci q̄ fugiendo . Vnde narrat Hieronymus q̄ stimulus quem  
 patiebatur beatus Paulus / fuit propter societatem Teclę / quæ  
 sequebatur eum prædicando . Si ergo Paulū / fortissimā ecclesie  
 colūnā ex consortio sanctæ mulieris permisit de⁹ tentari : quō

D. ij.



homo peccator & carnalis illi cohabitatur. Ideo vere dicitur Proverbiorum. 25. Cōmorari leoni & draconi magis expedit q̄ mulieri neq̄. Itē debet vitari in aspectu. Species enim ablata vel oblata tentat & oblata in memoria intoxicat / propter quod visus custodiendus est / ne venenū vel mors intret per fenestras. ¶ Nota q̄ regina Indorum misit puellam regi Alexandro nutritam penitus veneno / ita q̄ aspectu suo si diu aspiceret intuētem interimeret / contractu vero libidinoso statim. Vnde monitu Aristotelis magistri sui cauebat sibi rex Alexander eam tangere. In hūc modum debet homo se custodire ab imaginationibus & aspectibus omnis mulieris quę animam oblectant. Ecclesiasti. 9. Propter speciem autem mulieris multi perierunt. ¶ Et nota q̄ caladrius est quædam avis cuius natura talis est / q̄ si aliquis detinetur graui infirmitate / si ægritudo fuerit ad mortem / avis auertit faciem ab illo: & tunc sine dubio moritur. Si vero debet conualescere avis figit visum in eum / quasi sibi explaudens. Et quia certum est q̄ omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eā / iam mœchatur & moritur in corde suo: merito custodiēd⁹ est visus a mulieribus. Item debet caueri a colloquio / quia Eccī. 9. dicitur. Colloquium eius quasi ignis exardescet. ¶ Quartum remedium est aduersitas duplex / vna assumpta vt abstinentia & afflictio corporalis. Vnde de vipera fit optima tyriaca: quando scilicet caro eius penitus moritur & venenum ab ea separatur. sic caro flagellis a libidine extracta fit continens & munda. Vnde fabula est q̄ Antheus & Hercules pugnabant. Antheus vero quotiens terram tangebatur: totiens virtuosior & fortior surgebat. Hercules igitur hoc percipiens: tactum terræ sibi negauit & tūc ipsum eleuando a terra penitus superauit. Hāc fabulam Fulgētius lib. Mythologiarū exponit. Per Antheū intelligitur libido: quia Antheon græce idē q̄ cōtrarium latine. Libido enim semper est virtuti cōtraria. Quia ergo libido de sola carne cōcipitur / quotiens carni consenserit / totiens nequior surgit. Hercules igitur / qui virtutis gloria / vel fortium virorum fama interpretatur / signat virtutem continentia / quæ libidinem a carne suspendens a carne triumphat. Vnde Fulgētius omnē mētem dum virtus in altū sustulerit / & carnalibus eam aspectibus denegauerit: vitrix statim exurgit. Ideo dicitur Hercules multum in illa defuisse. quia rara est pugna quæ cum concupiscentia vicijsq̄ congredditur. Vnde cum Diogenes dolore animi torqueret: & vidisset



et homines ad amphitheatrum cōcurrentes / dicebat. O qualis hominum stultitia: cum concurrunt spectare feris homines repugnantes: & me prætereunt cum tali dolore pugnantem. Hęc Fulgētius. Item aduersitas immissa valet ad continentiam. Nā secundum Plynium, libro, 8. Vipera inter serpentes per hyemē manet in cauernis terræ, quia omnes alij hyemant in ruinis saxorum vel arborum, & tūc vipera reicit venenum per totā hyemem & cōtrahit caliginem oculorū quousq; verno tempore terra perfundatur calore solis / & tunc venenum resumit / & virtute radicis feniculi caliginem deponit oculorum. Hęc ille. Sic aduersitas sæculi & tribulatio quæ significatur p̄ frigus hyemale. Mat. 13. Orate vt fuga vestra non fiat in hyeme: est magnum remedium contra carnis incendium. Ecclesiastici, 12. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximę. Ideo Augu. de ci. dei dicit. Moribus infirmis prosperitas nocet / terror animę est eis tutor ad custodiendū ne peccēt. Exemplum de Carthagine stante, q̄ Romani virtutibus pollebant, illa autē destructa / non. Nota q̄ Carthago caput Africæ continue impugnabat Romam & tunc Romani bellis concitati virtutibus pollebant: sed destructa illa ciuitate / prosperitas pacis omnimode eneruauit eorum virtutes: quia conuersi ad voluptatem fuerunt / & lima virtutis eorum periit. Vnde p̄ prosperitas rubigine voluptatis eos destruxit: & in hūc modum multis hodie confert tribulatio & persecutio resistētiam cōtra libidinem. ¶ Remedium incitatum conscientię / est multiplex creaturarum exemplum. Primum / in moderatione coitus. Vñ narrat physiologus de elephāte / q̄ nunq̄ coit nisi causa prolis, & dicit Plynus libro, 8. q̄ semper in abscondito coit / & hoc duobus annis tantum / & illis duobus annis singulis, 5. diebus tantum / & raro die sexto superaddito. Hęc ille. Et Arist. libro, 5. dicit q̄ masculus non tangit foeminam postq̄ concepit: quę tamen trahit foetum in vtero per biennium. Miser autem homo libidiniosior est isto bruto animali / qui nec tempus nec modū nec finem illi actui nec debitum auertit. Item ad aliud exemplū ad rigorem disciplinæ. Narrat enim Alexander neq̄, libro de naturis rerum, de adulterio Ciconię / quę cubās in nido / masculo p̄ patriam cibum quærente / adulterabatur multis diebus / atēq̄ tamē veniebat masculus ad fontem qui erat ante domū militis se balneauit / & sic ad nidum redibat / & tunc masculus superueniens nihil percipiebat. Miles ergo cum super hoc admiraretur / foetem

D. iij.



penitus fecit obturari. & ciconia post aquarium vna dierum cū balneari non posset/dolens ad nidum redijt/tunc masculus foetorem adulterij sentiens/exiuit:& magnam multitudinem ciconiarum secum adduxit:& post lōgam disceptationē / adulteram discerpserunt. Similiter narrat Plynus. libro. 8. de leone q̄ pardus cum leena adulteratur: vnde generatur leopardus. tunc leo foetorem adulterij sentiens in vindictam surgit. & si foemina in flumine balneatur: culpa tegitur. Vnde hæc duo possunt notari. scilicet virtus pœnitentiæ & instinctus nature/ quæ detestatur adulterium. Quanta ergo damnatione dignus est/ qui violat matrimonium significans Christi & ecclesie cōiunctionem / quod peius hodie seruatur inter Christianos q̄ inter bruta/ & q̄ inter paganos/ qui sunt diaboli mēbra. Vnde narrat Tullius lib. de Tusculanis quæstionibus / q̄ in India est quædam gens vbi marito mortuo vxores eius in iudicium veniunt/ & illa quæ comprobabitur magis eius chara & dilecta ipsi defuncto in vita: ponitur in sepulchro cū ipso viua: & habet hoc viua p̄ magno/ alijs derelictis. Vtinam sic esset inter Christianos suas vxores dimittentes & qui alias suis habent vxoribus magis charas. Hęc igit̄ dicta sufficiant secundum mei tenuitatem ingenij de prædictis ad aliqualem instructionem simplicium/ qui habēt populum informare: pro quibus sit mihi Christus præmium & merces/ qui cū patre et spū sancto viuūt & regnat in sæcula sæculorum Amen.

F. Malachię Hibernici/ ordinis minorū/ doctoris theologi/ ac insignis diuini verbi prædicatoris qui āno domini. 1300. vigebat: libelli qui venenū peccatorum seu Malachię dicitur: finis.

Impressum Parisijs in officina Henrici Stephani calchographi & bibliopolæ e regione scholæ Decretorū. Anno Domini. 1518. Aprilis. 26. die.











Pasaas - 5  
 Cuchugas - 4  
 Saca - 2  
 Bay - 1 1/2  
 Mene - 2  


---

 23 1/2

40  
 12  


---


 80  
 40  


---

Continuo. Llegame mucho de que  
 te haya ido bien con tus remedios  
 de prebencion, y deseare te suvan  
 Para asegurarte en la mas Perfecta  
 salud. Lo quedo bueno para  
 Sean, a fin que no tocama  
 bre de mi estado, pues el  
 estal, que antes es malo  
 q no Daya Cayendo uno. Sobre  
 otro.

Ya llegaron las Criadas  
 a fin que no son del todo tan  
 que otras veces, son de muy buen  
 gusto, ya los <sup>res</sup> les an saun  
 muy bien; pero no me has aun







1617

TOLEDO  
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala Reservas

Número 327

1160

De Perf. Chris

Adj. 1518  
Parisius  
Hibernici

Venera 7<sup>m</sup>  
peccat. mort.

Adj. 1521

Res  
1160

DOCL. CHRIS.

